

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Sibrand Matthias Stein

**Disputatio Inauguralis Iuridica exhibens Conclusiones Forenses De
Contractibus, A Iurisprudentia Iustinianea Diversas**

Rostochi[i]: Wepplingius, 1689

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741710242>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 29. Aug. 1689
Sibrand, Johannes

22.
427.

DISPUTATIO IN AUGURALIS JURIDICA
²⁵
exhibens
**CONCLUSIONES
FORENSES DE CON-
TRACTIBUS, A JURIS-
PRUDENTIA JUSTINI-
ANEA DIVERSAS.**

QUAM
ADSISTENTE DIVINO NUMINE,
Ex decreto & autoritate Magnifici JCtorum Ordinis,
In Inlyta Universitate patria

Sub Moderamine

VIRI AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI atq; EXCELLENTISSIMI
DN. JOHANNIS SIBRANDI.

U. J. D. Antecess. Senioris, atq; Decani spectabilis.

DN. PATRONI, AC PROMOTORIS SUI AETATEM DEVENERANDI:
Pro summis in utroq; jure honoribus, Dignitatibus, juribus
& privilegiis Doctoralibus consequendis.

Placido eruditorum examini submittit

MATTHIAS SEEN/ Rostochiensis.
IN AUDITORIO MAJORI

AD DIEM XXIX. AUGUSTI, ANNO M. DC. LXXXIX. 1689

RostochI, Typis JOHANNIS WEPPLINGII, Acad. Typogr.

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

DEO OPT. MAX:
PATRIÆ
AVO
atq;
PATRONIS.

Schediasma hoc juridicum
Consecratum & inscriptum
cupid.

AUTOR



728

I. N. D. N. J. C.
LECTORI BENEVOLO.

N ferreo hoc literarū seculo, exemplo Advocatorum, Legem Cinciam apud Tacitum II. Anal. 7. deprecantium, nihil prorsus à quoq; vam expectatur, nisi cuius fructus ante præviderit & deficiente oculari istius qvod geritur utilitate, stulta reputatur gloria: Proinde, qvamvis non omnia ad utilitatem esse metienda, verior stet sententia, intuitu tamen ejus, qvod per qvinq; & qvod excurrit annos, Regiomonti ac Cracoviæ privata qvidem hactenus auctoritate, permisso tamen Superiorum, jura docendo viridem simul fori usum in jure occupatis distinctim exposuerim, ne fluctuantem in eo conciperent fidem, illustrem Contractum materiam, variationi quam maximè hodiè obnoxiam, ad inauguralem selegi Disputationem, potiores à Theoretica juris Romani dispositione recedentes Conclusiones, de qvibus & inter ipsos DD. magna sc̄epe foveruntur lis, ea qva fieri potest brevitate exhibitus: Qvas verò, B. L., non tanq; meas aut mei capitum fœtum accipe, illæ enim parum de hac forensi materia facerent fidei, sed me duntaxat alienarum ex Reverendi admodum & illustris Lipskii, Professoris olim Cracoviensis, postea Episcopi, Observationibus practicis, nec non Excellentissimi ac Consultissimi D. Strykii, Francofurti Professoris ac Senioris præclaris

A

claris

claris in lucem editis scriptis, aliisqve, qvos qvælibet demonstrat pagina, in foro versatissimis Causidicis, tummo studio collectorum talem agnosce defensorem, qvi alterius Autoris defectum ex altero, illorumq; in qvibus haec-
nus degi, locorum statutis debita supplevit solertia: Stat pro me magni Lipsii Decretum, L apides (*ait in Politicis*) & ligna ab aliis accipio, ædificii tamen exstructio mea est. Nec Aranearum textus ideo melior, qvia ex se fila gignunt, nec noster vilior, qvia ex alienis libamus ut Apes. Tantæ itaq; autoritati innixas Tibi offero Conclusiones, qvarum fidem si legitimè infringi posse credas, mihi sufficiat Authores meos laudare, eosdemq; denunciare, qvod in Contractibus solenne est, Qvi si me eorum authoritatem fecutum aliquando in errorem pelleixerint, post denuncia-
tionem tenentur de Evictione, Lectoris nihilominus be-
nignitatem, integer in aurea hac & in foro freqventissima materia, facilitandi juris studium mihi conciliabit animus, qvem ut boni consulat atq; residua forte pro candore suo addat, est qvod enixè rogo: Deum insuper devota implorans mente, ut pondus meis addere conatibus cœlicitus ve-
lit.

DE CONTRACTIBUS IN GENERE.

Conclusio I.

Contractus est conventio, ex sese producens obli-
gationem, ad agendum efficacem. arg. l. 15. ff. de Pre-
scr. verb. & princ. J. Q. m. re cont. oblig. Cujus, in jure
approbata est divisio, in bona fidei & stricti juris. l. 32.
S. 2. ff. de usur. l. 13. C. de paet. S. 30. J. de Action. Qvo-
rum nominalem qvidem differentiam, ast realem
ferme nullam, in foro observari contendunt, Gudelin. De jur. No-
viss. l. 3. c. 3. v. sed quid moribus & Grœneweg. de LL. abrog. ad S.
28. J. De Action. Qvam sententiam, licet ea ipsa universa juris
corruere fundamenta conjiciat Anton. Fab. De Error. pragmat.
Dec. 9. Error. 1. Qvem sequitur Rittershus. De Differ. jur. Civ. &
Canon

429

Canon. L. 3. c. 9. meam tamē facio, inductus Novissimo Recesi.
Imper. de Anno 1654. §. Anreichend die zukünftigen Zinsen. Jur. Cul-
mens. L. 4. T. 1. c. 3. jur. Pruten. Elector. L. 4. T. 1. A. 4. §. ult. Ex
qvibus propter solam moram in Mutuo stricti juris contractu
adjudicantur usuræ, qvod ad reliqua stricti juris judicia in foro
extendi docet Hahn. ad Wes. de Usur. N. 2. Cui add. Vin. ad §.
28. J. de Action. in fin. Qvod prorsus alienum est à jure Civili, qvo
ne quidem à tempore litis contestatæ, multo minus à tempore
moræ, nec ex pacto, etiamsi istud contractui stricti juris in con-
tinenti sit adjectum, obligatio usurarum regulariter nascitur l. 3.
C. de usur. Schnob. D. 13. f. §. 6., quamvis ille aliud docere videatur in
D. 7. §. 17. Qvam inter Contractus bonæ fidei & stricti juris in-
ductam differentiam in foro Polono adhuc observari, præjudi-
cio qvodam probat Lipsk. C. 2. O. 8. n. 5. quod confirmat Dres-
ner. Inst. jur. Pol. Tit. 9. lit. K.

II. Contractui stricti juris pactum tam in continenti, qvam
ex intervallo adjectum, jure Civili non producit actionem. arg.
l. 7. §. 4. & 5. ff. de pac. omnino autem pactum contractui b. f. è
vestigio appositorum. d. l. 7. §. 5. l. 13. C. de pac. Et quidem talem, qvæ
ex ipso contractu principali oritur, non verò actionem præ-
scriptis verbis l. 4. ff. de Leg. Commiss. Mores nostri non saltem
ex adjecto, sed & nudo, deliberata mente, super re licita, à persona
habili inito, efficacem concedunt actionem. Mev. p. 5. Dec. 408.
Carpz. p. 2. C. 19. D. 17. n. 8. jur. Culm. L. 4. T. 10. c. 1. & 2. Excell. Dn. Stryck.
de Caus. Contr. scđt. 3. c. 6. §. 1. & 4. Cui assensum præbet jus Cano-
nicum c. 1. X. De Pac. Unde in foro tam ex intervallo, qvam in
continenti, tam Contractui stricti juris, qvam B. fidei adjecta
pacta, ad agendum valida pronunciantur, nec distinctionis, inter
pactanuda & vestita, ulla amplius habetur ratio. Hahn. ad Wes.
N. 9. de pac. Qui duobus præjudiciis id firmat. Add. jus Prut. l. 4.
T. 16. A. 4. §. 2. A qva Generali Consuetudine recedit jus Polonicum,
qvo nec conventiones verbales, nec literales privatorum, regula-
riter firmum habent robur, absq; inscriptione, docente Dresne-
ro L. 3. I. T. 3. v. sed sciendum, ex statut. Herburt. verb. Mutuum,
Dos, Inscriptio.

III. Mulier jure Communi qvemvis potest iniire contractum
l. 6. C. de Revocand. Donat. l. 8. C. de pac. convent. l. 12. C. de pignor.
Excepta intercessione pro aliis, in qva SCtum Vellejanum locum

A 2

habet

habet t. t. Ad SCt. Vell. Hodie autem in Minori comparatur, quapropter absq; consensu curatoris nullo modo donare, contrahere, se obligare, aut in judiciis versari potest; sive uxor sit, si ve vidua, & qvidem tam iure Saxon. Nov. Elect. Aug. p. 2. C. 15. ibio que Müller. Ordin. Polit. Rost. tit. Von Vermundtschafften fin. jure Prut. L. 1. T. 25. A. 13. §. 5. jur. Culm. l. 4. T. 14. c. 11. § 13. quam Lubec. L. 1. T. 7. A. 4., 8. § 11., & Tit. 10. A. 1. ibiq; Mev. Qui ferè in omnibus locis istiusmodi reperiri statuta docet. Quidam Viduam autem dissentit Schneidw. ad §. 2. J. de Donat. n. 53. refutatus ab Harpr. n. 10. eod. Qui tamen ex jure Saxon. per d. Nov. Elect. in rebus mobilibus liberè disponendis facile defendi potest. Jure Polonico, consensus amicorum ad minimum duorum, ex linea paterna conjunctorum, uxori contrahenti accedere debet. Constitut. Sigism. 1. in Conv. Petric. Anno 1523. & in Conv. Cracov. Anno 1543. Statut. Herbert. voc. Uxor. Add. Lipsk. C. 2. O. 24. n. 10. § 11. Contra nec maritus, nec aliis Curator mulieris, eā absente, validè contrahere absq; istius consensu potest; convalescit tamen, muliere ex post facto vel expressè vel tacite contractum initium ratificante. Philipp. de usu Pract. J. L. 3. Eccl. 53. n. 6. seqq. ibi alleg. Carpz. Siverò maritus ipse cum uxore contrahere velit, alio insuper Curatore peculiariter ad hoc constituto opus est. Schultz. in synops. Inst. ad §. 19. J. de Excus. Tut. Jur. Prut. L. 1. T. 15. A. 13. §. 5. Ius Polonicum, etiam inscriptionem, marito ab uxore sine consensu amicorum factam, plane annihilat, juxta Consuet. terra Cracov. de Anno 1505. Stat. Herbert. voc. Uxor. Lipsk. C. 1. O. 52. n. 6. & C. 2. O. 24. n. 11. A quibus tamen omnibus excluditur Mercatrix, quæ cum extraneo contrahens, non eget Curatore, nec gaudet beneficio SCti Vellejani, secundum Jus Prut. L. 1. T. 25. A. 13. §. 6. & ius Lubec. L. 3. T. 6. A. 13. Mev. p. 8. Dec. 453. Cessant etiam prædicta in ultima voluntate, in qua quælibet uxor, absq; consensu Mariti, aut alterius Curatoris, alienandi & de bonis suis tam iure Romano; arg. l. 5. ff. de Probat. quam moderno, liberam disponendi facultatem habet. Hahn. ad Wes. N. 4. de Mort. causa donat. Carpz. p. 2. C. 15. D. 10. Berlich. p. 2. C. 17. n. 97. Harpr. ad §. 1. J. de Donat. n. 65. Schneidw. ad §. ult. J. Q. m. p. pot. toll. n. 10. Nov. Elect. Aug. p. 2. C. 15. iure tamen Lubecensi L. 2. T. 1. A. 14. Testamenti factione plane privatur, nisi prædefunctus maritus, potestatem illam specialiter uxori sua concesserit, quod verò nec in

in patriā, nec alii locis, in quibus istud jus viget, observari tradit Stypmanni sesquicenturia different. jur. Comm. & Lubec. n. 38. add. Mev. ad d. Art. n. 30. & Ordinatio Politica Rostoch. tit. von Erb-
ſchafften.

IV. Conventionem de futura successione, jus Civile nullam declarat l. 18, 19. & 30. C. de pact. Exceptis certis casibus, quos habet Laut. tit. de pact v. objectum. Variorum autem locorum statuta & mores Germaniæ, Galliæ, Italiae &c. omnia istiusmodi pacta tolerant. Jur. Prut. L. 5. T. 4. §. 1. Jur. Lubec. L. 2. T. 2. A. 34. Mev. ad jus Lub. in Rubr. L. 2. T. 1. n. 60. seqq. & p. 3. Dec. 271. Magn. Dn. Stryk. de Caut. Contr. Sect. 1. c. 3. §. 27. & Sect. 3. c. 6. §. 5. & 8. Harpr. ad Tit. de Herc. dñi. que ab intest. defert. n. 29. seqq. ibique alleg. Myns. & Menoch. Quam Consuetudinem propter resultans inde captandæ mortis votum d. l. 30. C. l. ii. C. de Transact. multi infringere conantur, turpitudinem verò in d. LL. allégatam, Civilem potius quam Naturalem judico. Harpr. d. l. n. 34. Gail. 2. O. 39. n. 15. dissentire videntur. Gail. 1. O. 126. Carpz. p. 2. C. 35. d. 21.

V. In obligatione dandi, Promissor præcisè ad rem dandam regulariter obligatur, nec præstanto Interesse liberatur. l. 68. ff. de R. V. l. fin. C. de fidei & libert. l. 2. §. 1. ff. de R. C. l. 75. §. f. ff. de V. O. Idem in praxi observari, multis præjudiciis evincit Hahn: ad Wes. N. 3. de Act. Emt. Recedit tamen jus Lubec. L. 3. T. 6. A. 18. quod rem Immobilem venditam, aut emtori tradendam, aut partem decimam pretii promissi solvendam esse statuit: Quod cum nimis exorbitans sit statutum, valde in foro restringi, docet Mev. ad jus Lubec. d. l. n. 5. Contra in Obligatione faciendi, promissor solvendo interesse omnino liber est l. 13. §. 1. ff. de Re judic. l. 81. & 84. ff. de V. O. Quia vero probatio interesse difficilis est, stipulatio pœnalis ut adjiciatur, svaldent Imperator in §. ult. J. de V. O. & jus. Prut. L. 4. T. 12. A. 1. §. 6.

VI. Alteri per alterum regulariter nulla acquiri potest obligatio §. 18. J. de inutil. stipul. l. 73. §. 4. de R. J. l. II. ff. de O. & A. l. 38. §. 17. ff. de V. O. Mores tamen plerorumq; locorum contrariam receperunt regulam, per alterum obligationem acquiri approbantes. Mev. p. 4. Dec. 112, n. 5. Brun. ad. l. 25. in fin. ff. de pact. modò alter factio vel verbis illam obligationem acceptaverit vel probaverit, atlioqui, non quidem unius, utriusque tamen contrahentium disensu contractus redditur irritus. Magn. Dn. Stryk. de Caut. Contr.

S. 27. 2. c. 5. §. 3. jus vero Prutenicum amplectitur dispositionem juris Civilis. L. 4. T. 12. A. 1. §. 6. Ejusdem farinæ est regula, Quicquid acquirit servus, acquirit Domino §. 1. J. de stipul. serv. §. 3. J. per quas pers. Omni ferme usu destituta, cum hodiè liberorum numero servi nostri inserantur. Laut. in Comp. ff. de stat. hom. v. vel libertatis.

DE CONTRACTIBUS IN SPECIE

DE REA- VII. Mutuum promittentem, jus Romanum non stringit, quia **ta-**
LIBUS Contractus ad Reales refertur. pr. J. Q. m. re cont. obl. Mores

(1) vero nostri, qui vim pacto assignant, illum efficaciter obligant.
de Mutuo Hahn. ad W. N. 9. de pass. excepto jure Polonico, quod pariter ejusmodi pacto effectum denegat, *de quo supra*. Non tamen, quando promissum est solutum, moderna patitur Consuetudo, ut solvens ultra datum quid recipiat à debitore, etiam si sit repromissum, ut si decem mutuanti undecim promittantur. I. II. §. 1. ff. de R. C. adeò ut nec in vicem usurarum nec specie donationis id peti liceat. Hahn. ad W. N. 10. de R. C. Philipp. De usū Pract. J. L. 3. Ecl. 38. n. 4. segg. Qui variis id ipsum corroborat præjudiciis. add. Magn. D. Stryk. de Caus. Cont. S. 2. c. 1. §. 24. imò quartā sortis parte talem privari, disponit Ordin. Polit. Rost. tit. von Bucherlichen Contracten.

VIII. Praesides provinciarum, quamvis rerum suarum Domini sint, mutuum tamen dare nequeunt. I. 33. ff. de R. C. quod ad omnes alios magistratus extenditur. r. r. C. De Contr. judic. Hodie autem magistratus eo jure uti, ut pro arbitrio & liberè cum subditis suis contrahere, adeoque mutuum dare possint, certum est. Affelm. D. 2. De Contr. tb. 9. Grönweg. ad I. 1. C. De Contr. jud. Laut. De R. C. p. m. 130. Porro jure Civili non valet stipulatio, ut pecuniam, quam Tibi mutuo, alii restituas! 9. §. 4. ff. De R. C. Aliud autem in mores abiisse, supra monitum est.

IX. Ordinariè & ex natura mutui, pecunia mutuò data non est præcisè reddenda in eadē specie monetæ, sed sufficit ejus estimationem dari, hinc nihil prohibet, pro aureis vel thaleris mutuo acceptis etiam monetam minorem solvere. arg. I. 1. ff. De Contr. Em. I. 94. §. 1. I. 99. ff. de Solut. Carp. p. 2. C. 29. d. 2. Berlich. p. 2. C. 36. n. 45. Quod tamen in Novissima Constitutione Monetali Imper. Ferdin. I. de Anno 1559. §. die iugemelde ita temperatum, ut minuta pecunia non solvatur ultra 25. Florenos: Alter etiam se res habet, quando specialiter conventum, nummos mutuatos in eadem specie monetæ

monetæ esse reddendos v.c. Sauf vor Stiel / gute wölfliche Harie
Reichshaler. tunc enim solvendum , quod expressum est. Brun.
Ex. 17. tit. 15. pr. ibid. alleg. Carp. de jure Prut. legatur L. 4. T. 1. A. 2. § 1.

X. Jure Civili verior stat sententia , sive extrinseca , quam va-
lorem DD. vocant , sive intrinseca monetæ bonitas , quæ venit no-
mine justi ponderis Schrott und Korn / mutata fuerit , in resti-
tuendo regulariter spectandum esse tempus celebrati contractus ,
non solutionis. l. 3. ff. de R. C. arg. l. 1. § 2. C. de Ver. numis. por. Schnob.
D. 23. ff. §. 26. Affelm. D. 2. t. b. 35. Struv. Ex. 16. t. b. 29. Praxis verò non
est uniformis , in Camera enim imperiali idem obtinet quoad
bonitatem intrinsecam , quoad extrinsecam tempus solutionis
attenditur. Gail. 2. O. 73. n. 9. Hahn. ad W. N. 12. de R. C. ibid. alleg.
Myns. qui Variis prejudicis Cameralibus id confirmat. Huic prorsus
contrariam praxin Polonicam allegat Lipsk. C. 2. O. 45. Qui n. 3.
tradit , quoad mutationem monetæ intrinsecam tempus soluti-
onis observari , ita ut pro auro obryzato non obryzatum reddi
queat , quoad mutationem extrinsecam tempus contractus
spectari , quod tamen in num: seqq. temperat. juri Communi in-
distincte ad stipulatur praxis Saxonica , cuius testis est Carp. p. 2. C.
28. D. 4. § 5. Add. Nov. Elect. Aug. p. 2. C. 28. Philipp. in Iusu præt.
3. L. 3. Eccl. 39. Variis id firmat prejudicium. Nec ab eo recedit jus
Prutenicum L. 4. T. 2. A. 3. §. 1.

XI. In Commodato præter dolum , latam culpam & levem ;
etiam levissima est præstanda l. 5. §. 2. ff. b. t. l. 18. pr. ff. cod. jur. Culm.
L. 4. T. 2. c. 1. Unde Commodatarius in naufragio , incendio , aut
alio simili eventu , res Commodatas suis præferre debet l. 5. §. 4. ff. b.
Affel. D. 4. de Concr. ib. 23. Tradit verò Gotofred. ad d. §. 4 lit. d.
usu invaluisse , res proprias præferri posse , quod quando res pro-
pria pretiosior est , communis DD. Schola confirmat. Laut. ad Tit.
Commod. p. m. 173. fin. ibid. alleg: Huic affine est , Heredem Com-
modatarii , licet dolo defuncti res perierit & nil quicquam ex
commodato ad eum pervenerit , ad estimationem nihilominus
obligatum esse l. 12. ff. de O. § 1. Quod quidem de jure Commu-
ni aliter se habet in precario , re non amplius extante l. 8. §. ult. de
precari. qvia verò stipulatio precario adjecta heredem stringit l. 15.
§. 3. ff. de precario: Etiam pactum precarii hodie idem operari ex
Concl. 2. § 24. facile infertur. Stryk. de Caus. Contr. S. 2. c. 2. §. 4.

(2)
de Com-
modato.

XII. Commodatum repetenti , compensatio , licet multi dissen-
tian

tiant, nē c jure Justinianeo, nēc moderno opponi potest. *l. f. C.*
Commod., nīl fortē res commodata culpa *Commodatarii* perierit,
vel deteriorata & ita aestimatio præstanta sit. *s. 30. l. de Action.*
jus tamen retentionis, ob impensas in rem commodatum factas,
locum omnino habet *l. 15 s. 2. l. 39. ff. de furt.*

XIII. Rem *Commodatam* vel depositam, alteri à *Commodatario* vel
depositario oppignoratam aut depositam, jure Civili à Tertio, qui
istam rem tenet, Dominus vindicare potest *l. 9. ff. de R. V. l. 22. s.*
l. C. de Furt. jure vero Lubecensi contra illum saltem agendum,
cui res commodata, nam certa in eo præscripta est regula Hande-
mūß Handt wahren *Mev. ad jus Lubec. L. 3. T. 2. A. 1. n. 21. seqq. Ein*
Artic. 2. da jemand seinen Glauben gelassen / da muß man ihn wiederher-
stellen: Simile legitur in jure Pruten L. 4. T. 4. A. 2. s. 4. & in jure
Culm L. 4. T. 2. c. 3. idem quoq; obtinet jure Saxon L. 2. A. 60. Cu-
jus juris Saxonici dispositionem, tanquam irrationalabilem, in pro-
nuntiando non esse attendendam, asserit Carp. p. 2. C. 26. d. 5. Cui
autem calculum non addo; hoc tamen verius credo, ex alleg.
Art. 60. firmiter colliginon posse, Dominium transferri in Com-
modatarium aut depositarium, etiamsi Lipsk. C. 1. O. 37. n. 11. aliiq;
plures id contendant, quorum explicationem ita dictum patrum,
*jus Civicum confirmat *s. 7. ad Tit. 2. lib. 3. jur. Lubecens.* Sed ad con-*
servationem duntaxat Commerciorum, in eo casu regulariter
vindicationem cessare, inductum esse, proin quando furtum
aut spolium factum esse in dict. Art. legitur, negligentia Com-
modatarii potius, quam casu id contigisse, præsumendum arg.
l. 52. s. 3. ff. Pro socio. Et si res commodata aut deposita absq; culpa
auferatur, vel casu pereat, commodanti & deponenti, si Domini
sint, secundum naturam horum contractuum, perire, & quem-
admodum id ipsum in aliis prædictis statuit, jur. Culm. d. l. c. 1.
jur. Prut. 4. l. A. 1. s. 5. legitur, etiam de jure Saxonico illud obser-
vari dicendum est, propter *Artic. 5. l. 3..*

(3.)
De De-
posito.

XIV. De Deposito in specie sic dicto & seqvestro, verior est illo-
rum Dd. sententia, qvæ approbat, possessionem regulariter non
transferri *l. 39. ff. de A. & A. P.* nisi aliud conventum sit *d. l. 39. l. 17.*
s. 1. b. r. Hahn. ad W. N. 6. eod. Laut. b. r. p. 221. fin. Speciale itaq; est
in jure Culmensi, quod indistinctè rei seqvestratæ possessio trans-
lata censeatur. *l. 4. T. 3. c. ult.* idem disponit *jus Prut. de sequestra-*
tione

432.

zione voluntaria, in necessaria verò sequitur jus Civile L. i. T. 50. § 14.

XV. In Deposito miserabili infitiando lis crescit in duplum §. 17.
I. de Aet. Lipsk. C. 1. O. 43. n. 19. Quam dupli poenam à foro re-
cessisse, commentitia est sententia Grœnweg. ad l. i. §. 1. ff. depos.
quam fallere legimus in jur. Prut. L. 4. T. 4. A. 1. §. 21, & Art. 2. §. 11.
Jur. Culm. L. 4. T. 3. c. 2. Brunnem. ad l. i. ff. n. 3. b. t.

XVI. Depositum in specie sic dictum, non saltem est rei mobi-
lis, sed & immobilis. arg. l. 1. ff. Depos. jundt. l. 11. ff. de Peric. & Com.
R. V. l. 3. §. fin. ff. de A. & A. P. Hahn. ad W. N. 4. b. t. Qvamvis po-
sterius in mandatum degenerare, adeoq; exactissimam præstan-
dami esse diligentiam, aut de non alia quam vulgari adhibenda di-
lignantia, speciali cavendum esse pacto, autument Magn. D Stryk. De
Caur. Concr. S. 2. c. 3. §. 6. Brun. Exerc. 17. ad §. 3. b. t. ibiq; alleg. Myns.
Utriusq; etiam rei depositum repetenti Compensatio, ne quidem
re extincta, opponi potest l. 11. C. Depos. §. 30. J. De Aet. Hahn. ad W.
N. 10. De Compens. Jur. Prut. L. 4. T. 4. A. 1. §. 15. Jur. Culm. L. 4. T. 3. c. 1.

XVII. Sublata hodie inter prætorem & judicem distinctio, non
obstat, quo minus iisdem, quibus jure Civili, etiam in foro mo-
dis, pignus judiciale à prætorio distinguatur. r. r. de de Prætor.
pign. Et tit. C s. in causa judic. Jur.. Prut. L. 4. T. 5. A. 1. §. 2. Schnob. D. 12.
ib. 3. in fin. Ab utroq; etiā differt pignus conventionale, cuius for-
mæ, præter conventionis verba, scripturam præcisè mores adde-
re, contendit qvidem Greenw. ad l. 4. ff. de pign. At consensum
quocunque modo declaratum, ad Constitutionem hypothecæ
etiā hodie sufficere, probant Jus Prut. L. 4. T. 5. A. 1. §. 1. Jus Culm.
L. 4. T. 4. c. 4. Carp. p. 2. C. 23. D. 14. Non tamen diffiteor, à jure
Prut. d. l. A. 5. §. 1. jure Saxon. Nov. Elect. Aug. p. 2. C. 23. ita dicto Jur.
Civic. Rostoch. §. 10. ad. A. 1. T. 4. L. 3. jur. Lubec. Jure Polonico. juxta
Constit. Sigism. i. in Conv. Petr. Anno 1523. Stat. Herbure. voc. inscriptio.
Dresner. L. 4. T. 10. v. probatio. Jure Lubecensi. L. 3 T. 4. A. 1. Jure
Culm. L. 4 T. 4. c. 3. Ordin. Polit. Rostoch. r. von Verschreibung
der Häuser Juri Romano hoc speciale addi, qvod ad hypothecam rerum Immobilium, ad id ut plenum sortiatur robur,
confirmatio insuper judicialis requiratur, ea tamen deficiente,
eiusmodi Creditor hypothecarius nihilominus Chyrographariis
qui prorsus jure in re sunt destituti, præferendus sit. Jur. Prut. d.
A. 5. §. 4. §. 5. Mev. ad jus Lub. d. A. 1. n. 58, Nov. Elect. Aug. d. l. Si-
milem committunt errorem, qui hypothecæ objectum ad rem
immobilem, pignoris ad rem mobilem, in foro restringi autur-

B

mant

(4)
De Pi-
gnore.

mant, siam rem Immobilem pignori traditam, ex praedicta hypothesi nominare hypothecam, nihil aliud est, quam plane diversam utriusq; naturam evertere; Nisi vulgarem modum, quo res immobilis non adeo freqenter in securitatem crediti traditur, cum vera praxi confundere placeat, utpote quae æq; ac jus Civile, per d. l. g. §. 2. ff. de pign. ad. non ab objecto, sed à diverso contrahendi modo, veram inter pignus & hypothecam diversitatem petit. Jur. Culm. L. 4. T. 3. c. i. jur. Prut. d. I. A. 6. quævis posterioris juris Articulus I. §. 1. etiam vulgarem modum non simpliciter respuat: Hoc tamen certum, statutum loquens de pignore, regulariter etiam in hypotheca locum habere. Hahn. ad W. N. 3. de pign. & Dd. Commun.

XVIII. Vasallus absq; consensu Domini & agnatorum, jure feudali Communi, aliis feudum oppignorare nequit. 2. f. 55. pr. 2. f. 39. pr. 2. f. 26. §. 5. v. Titius, junct. l. f. C. de Reb. alien. non alien., jure tamen Prutenico solus Consensus Domini hanc largitur facultatem L. 7. T. 3. §. 2. Parili modo, tacitæ hypothecæ jus Commune prædictum feudale non submittit, propter dotem tamen illatam, aliaq; feudi onera usu recepta, variorum locorum mores ac jura, hypothecam in bonis feudalibus constituant. Carp. p. 2. C. 25. D. 2. seqq. Novell. Elect. Aug. p. 2. C. 15. Excell. D. Stryk. Exam. jur. feud. c. 21. quest. 20, & 21. Struv. Syntag. jur. feud. c. 14. Apb. 27. n. 2.

XIX. Fiscus tacitam habet hypothecam in bonis subjectorum pro tributis l. 1. C. in quib. Caus. pig. tac. cont. Et ex causa Contractuū l. 2. C. eod., non verò delictorum l. 17. & 37. ff. De jur. Fisc. l. un. C. De pen. fiscal. Quo jure Civitates regulariter non gaudent l. 10. ff. Ad Munici. l. 16. ff. De V. S. l. un. C. de Bon. Vacant l. 2. C. De jur. Reip. habent tamen tacitam hypothecam in bonis suorum Administratorum, qui mutuum dederunt. l. 1. & ult. C. Quo quicq; ordin. Jur. Culm. L. 4. T. 3. c. 4. Jus vero prælationis quod concernit, ratione tributorum fiscus simpliciter præfertur l. 1. C. Si prope. publ. penfit. Ratione debiti ex contractu præponitur tantum Creditoribus posteriorum hypothecam habentibus l. 8. ff. Qui pot. in pign. Exceptis bonis post contractum à debitore quæsitis, in quibus habet tacitam hypothecam privilegiatam l. 28. ff. De jur. fisc. Jure Lubencensi autem in genere est receptum, Civitati ob quodvis debitum tam ex contractu & delicto, quam ex tributo resultans, competere jus prælationis. L. 3. A. 12. T. 1. ibid. Mey. n. 12. Quod jus in multis

493

multis aliis locis obtinere testatur Mev. ad d. A. 12. n. 14. Jungatur ita dictum Rostoch. S. N. §. 9. ad A. 9. T. 1. L. 3. jur. Lubec. In Saxonia etiam Civitates, quæ mero gaudent Imperio, jure fisci ex præscripto & inveterato more uti, docet Wesenb. N. s. Quib. c. p. t. contr. § N. 4. de jur. fisc. add. Brunnem. quæst. 7. de jur. fisc.

XX. Uxorem ratione dotis Creditoribus hypothecariis, licet expressam anteriorem allegent hypothecam, præferendam esse, satis protat generalitas l. 12. §. 1. C. Qui pot. in pign: Quod & Cameræ Imperialis praxis approbat. Harpr. ad §. 4. f. Quib. m. re cont. obl. ibid. alleg. Myn. & Cobham. Dissent. Gail. 2. O. 25. Simile legitur in jure Lubec. L. 3. T. 1. A. 9. & 12. modo matrimonium sit sine prole: Idem docet jus Culmense L. 4. T. 14. c. 14. quando uxor igitur ob erato nupsit, quoad debita verò, quæ stante matrimonio contrahuntur, nullâ prærogativâ gaudere uxorem, sed potius tam de uxor, quam mariti bonis ista ex solvenda esse disponit: weisen nach Flämischer Erbgerechtigkeit Mann und Weib in Communione bonorum, auf gleichen Gewinn und Verlust führen etc. de quo prolixius legi meretur Lipsk. C. 1. O. 42. n. 7. In Saxonia vero & Borussia hypothecam anteriorem expressam dos non excludit Carp. p. 1. C. 28. D. 46. seqq. jur. Prut. L. 1. T. 49. §. 6. Illud quoq; in prædictis locis est inductum, quod, qui arrestum Imperavit in bonis debitoris, etiam sine reali Immisione, ab hora, qua arrestum petitum est, iustitiae hypothecæ habeat & potior sit eo, qui postea vel hypotheca judiciali est præmunitus vel pariter arrestum imposuit Carp. p. 1. C. 28. d. 110. seqq. Hahn. ad Wef N. 9. de privil. Cred. Berl. p. 1. C. 69. n. 3. jur. Prut. L. 1. T. 49. §. 12. Etiam in foro polonico arresta recepta esse contra jus Civile arg. l. f. C. de Execut. Rei jud. & l. un. C. de probib. sequest. tradit Lipsk. C. 1. O. 8. Qui vero in C. 1. O. 40. n. 14. Arrestantibus nondum in possessionem missis, nullam hypothecam eo jure competere vult, sed post Creditores privilegium personale habentes demum vocat. Cui ad stipulatur jus Lubecense. Mev. ad L. 3. T. 1. A. 12. n. 74. Speciale & hoc, forum Saxonum sovet, quod piis locis, licet nulla, de hypotheca, Cautio interposita sit, tacita tamen ratione pecuniæ mutuo datæ attribuatur. Richeir. de privileg. Credit. c. 4. seq. 1. n. 117. Quo privilegio etiam usuræ gaudent. Conf. Decis. saxon. 8. ibid. philipp. Obj. 8. Cum alioquin praxis Saxonica in Concurso Creditorum non ante, usuras adjudicari permittat, quam & Chi-

rographariis sors sit exsoluta. Carpz. p. i. C. 28. D. 161. Quam praxin posteriorem etiam amplectitur jurisprudentia Lubecensis, excepta unius anni usurâ, quæ eodem, quo sors, privilegio gaudet, Mev. ad jus Lub. L. 3. T. 1. A. 12 n. 79. Majori adhuc observatione dignum, quod sumitus in debitoris sepulturam facti (qui & vestes lugubres atq; convivium, in casu, quo dignitas sepulti id suadet, nunquam verò uxoris liberorumq; funus, in Saxonia complectuntur) etiam hypothecariis privilegiatis præferantur Laut. de Privileg. Credit. ibidem alleg. Carp. p. I. C. 28. d. 40. Exceptis tamen famulis, quibus tempore mortis in convictu debitoris deprehensis, ratione mercedis prior ad huc locus in foro Saxonico assignatur. Carp. p. i. C. 28. D. 39. Conf. Laut. d. 1.

XXI. Quamvis hodie quodvis pactum deliberatò initum validū declaretur, pactum tamen commissoriū in pignoribus, æq; ac jure Civili l. fin. C. de pact. pign. non valere, nec statuto aut Consuetudine quadā facile approbari posse, recte docent Laut. ad tit. ff. de pign. act. p. m. 181 ibidem allegati Dd. Ordin. Pol. Rost. cit. von Pfanden. Licet etiam ex intervallo sit additū. Affell. D. 5. de Contract. ibidem 37. Permissum tamen est pacisci, ut pecunia ad diem non solutā, res oppignorata justo pretio emta esse debeat l. 16. §. f. ff. de pign. jur. Prut. d. l. A. 4. §. 2. & 6. Excel. D. Stryk. de Caut. Contr. S. 2. c. 4. §. 38. Ordinat. Polit. Rostoch. d. l.

XXII. In distrahendo pignore attendendum, An pactum de pignore alienando adjectum sit, quo casu pacto standum l. f. S. I. C. de jur. Dom. impetr. An pactum sit de non distrahendo, quo non obstante, pignus tamen distrahere licet, modo tres præmittantur denunciations. l. 4. ff. de pign. act. per intervallum judicis arbitrio relinquenda, biennium tamen exspectandum non est. Laut. ad tit. ff. de Distr. pign. p. m. 319. An nullum pactum appositum, quo casu una denunciatio sufficit & ab ea biennium exspectare, necesse est. l. f. S. I. C. de jur. Dom. impetr. Hodiè autem cum plerumq; pignora judiciali vendantur auctoritate, biennii nulla habetur ratio. Carpz. p. i. C. 28. D. 136. jur. Prut. L. 4. T. 5. A. 9. §. 1. 2. & 3. jur. Lubec. L. 3. T. 4. A. 2. ibidem Mov. p. 71 Subhastationis etiam forma, quæ ad distinctionem pignoris desideratur, in unoquoq; ferme loco specialis est recepta, de qua in jure Pruten. est L. 1. T. 48. in jure Culm. L. 2. T. 23. c. 4. & 5. De jure Saxon. & Polon. legatur Lipsk. C. 2. O. 33. n. 7. de ita dicto Rostoch. S. X. est. §. 10. ad A. 3. T. 4. L. 3. jur. Lubec.

XXIII. Actio pignoratitia, quæ Polonis actio exemptionis bonorum

rum

rum vocatur. Dresn. L. 4. T. 10. pr. descendit ex Contractu pignoris
§. 4. 7 Quib m. re cont. obl. proinde tantum contra Creditorem, non
autem contra possessorem tertium aut Creditoris Creditorem,
cui ille rem sibi oppignoratam iterum pignoridedit, institui po-
test. arg. l. 27. iff. de pign. att. Jus tamen Canonicum, soluto de-
bito, actionem debitori, quo faciliori negotio rem suam recipi-
at, contra tertium ad repetendum pignus concedit. c. cum contra
X. de pign. Quod & praxis approbat. Mev. p. 5. Dec. 343. n. 9. Unde
hodie actio haec nomine Condictio[n]is ex illo Capitulo venit.
Vid. Hahn. ad Wef. N. 7. De pign. att. Jure tamen Culmensi regu-
lariter tantum contra primum Creditorem datur haec actio, at
si ille demortuus aut fugitus, ad tertium demum possessorem
actio illa extendi potest. L. 4. c. 4. c. 7.

XXIV. Etiam si hodie æq[ue] valeat, quod pacto, quam quod stipu- DeVER-
latione promittitur. Carpz. p. 2. C. 19. D. 17. & stipulatio non ampli- BORUM
us à pacto distinctum constitut contractum, solennia enim in- OBLIGA
terrogationis & responsionis hodie non attenduntur. Mev. p. 2. TIONI-
D. 231. n. 10 Philip. in Usu pract. J. L. 3. Eccl. 45. n. 5. Istius tamen BUS.
Cognitionis utilitas non ob id minor est quam olim fuit, cum qua (1)
de stipulationibus in jure Romano prodita sunt, ad pacta etiam DeStipu-
referri & negotiis quotidie incidentibus applicari, usus doceat, latione.
imo jure Prutenico adhucdum necessaria est stipulatio, quā al-
ter pro altero fidejubendo se obligat L. 4. T. 12. A. 3. §. 1. fin., A qvo,
quamvis idem jure Communi obtineat. §. fin. J. de fidejuss. l. 12. C.
cod., recedunt tamen mores quamplurimorum locorum, qui-
bus sufficit sola consensu declaratio qvocunque modo expressa,
inde etiam absentes mediante Epistola vel nuncio, fidejubendo
se firmiter stringunt. Besold. Thesaur. pract. voc. Q[uo]d uirgen. Carpz.
p. 2. C. 19. d. 17. In foro autem Polonico fidejussiones verbotenus
factæ, pro contractibus quibusvis, si non intra annum & sex septi-
manas ab ipsis fidejussoribus ad acta Terrestria, Castrensa aut
Regalia referantur, nullum robur habent. Sigism. i. in Conv. Cracov.
Anno 1540. Herburt. Statut. sub nomine, fidejussor. Dresn. L. 4. T. 14.

XXV. Licet stipulationis forma non adeò strictè in foro obser-
vetur, usitata tamen Correalis obligationis verba, Sämplich und
sonderlich. jt: daß alle vor einem und einer vor allen verhaftet seyn soll/
mores nostri receperunt. Carpz. p. 2. C. 17. d. 9. Jur. Prut. L. 4. T.
12. A. 2. §. 1. Utrum autem omnes Correi Principales, tam qui

simpliciter, quam qui simul mutuâ vice se obligaverunt, beneficio divisionis in Nov. 99. c. 1. expresso gaudeant, valde controvèrtitur. Prioribus istud beneficium non competere, ex veritate Theoretica verius censeo cum Harpr. ad s. 1. de Duob. Reis. quamvis praxis affirmativæ sententia magis adfistat. Carpz. p. 2. C. 17. D. 13. Noli autem hanc praxim ubique extendere ad fidejussores Correos, qui pro debitore principali intercesserunt, de qua legatur Concl. 28. Hoc addendum, qvod etiam in foro Correo, qvi solidum jam solvit, utilem negotiorum gestorum actionem, licet jus Civile omne deneget auxilium, ad repetendam partem, contra correum instituere permittatur Lindem. ad s. 2. J. de duob. Reis. t. b. 5. Carpz. d. I. D. 14. Jur. Polon. Qvando duo promiserunt & se inscripserunt, uno pro altero fidejubente, quilibet tam pro parte, quām pro toto tenetur: Verūm dum unus totum solvit, & se & socium liberat: At cum sic scribitur, manu conjuncta & indivisā, etiamsi sit additum in solidum, tamen non obligantur, nisi tantum qvilibet pro suo interesse, Zawac. in process. jud. Reg. t. 1.

XXVI. Qvamvis negotia præatoria à judicialibus hodie non amplius distinguantur, cum idem hodie prætor sit ac judex, ipsæ tamen cautiones, qvas prætor olim ex iusta causa exigebat, hodiè sublatæ non sint, imò Cautio Rem pupilli salvam fore, *de qua* in s. 4. J. de Divis. stipul. extensa est ad Tutores Testamentarios per Ordinat. Polit. de Anno 1577. i. 1. Bon den Pupillen und Minderjährigen. 32. §. 3. Qvod aliter se habet de jure Civili, *pr. J. de satisdat. Tnt.* Jure tamen Saxonico illa restricta est in eo, qvod tutores naturales, nec satisdare, nec rationes reddere teneantur. L. 1. A. 23. Lipsk. C. 1. O. 59. n. 5. Ita & Cautio Rem Ratam haberi, *de qua* in s. ult. J. de Divis. stip. hodie necessaria est, qvando Procurator sufficienti mandato non est instructus. Vin. add. s. ult.

(2.) XXVII. Fidejussio, jure Civili, non nisi beneficio stipulationis expediri potest, hinc quando in Instrumento scriptum extat, aliquem fidejussisse, id per stipulationem factum esse præsumitur. s. ult. J. de fidejuss. l. 30. ff. De V. O. Ast cum hodie fidejussiones nudo pacto, excepto jure Polonico *de quo in Concl. 24.*, etiam inter absentes, peractæ valeant, nec solennitatem stipulationis, nec præsentiam præsumi necesse est. Brun. Exerc. 19. T. 21. d. s. ult. Ita ergo legitime inita fidejussio, fidejussori heredes simul stringit, licet

cet illorum in obligatione nulla sit facta mentio l. 13. C. de Contra
stipul. Carpz. p. 2. C. 20. D. 1. Jur. Culm. L. 4. T. 11. c. 4. Jur. Prut. L. 4;
T. 13. A. 1. §. 1. & A. 2. §. 10. De foro Polonico idem tradit Lipsk. C. 1.
O. 17. n. 7. Speciale est in Megapoli, quod expressa heredum mentio
requiratur. Landt. Reversal. Art. 25. Cujus tamen necessitatem in pa-
tria cessare, tradit ita dictum jus Civicum's. 9. ad A. 1. T. 5. L. 3. jur. Lub.

XXVIII. Tria illa beneficia, Ordinis. Excussionis, divisio-
nis, & cedendarum actionum Nov. 4. c. 1. §. 4. 3. de fidejussi. l. 1. C. eod.
hodie pariter locum habere, satis constat. Jur. Prut. d. 1. A. 2. §. 3. Jur.
Culm. L. 4. T. 11. c. 3. Idem de beneficio excussionis in foro Polonico
tradit in specie Lipsk. C. 1. O. 16. n. 17. Nisi specialiter illis sit renuncia-
tum. arg. l. 3. C. h. t. Si vero uni duntaxat in specie renunciatum, &
generalis clausula renunciatoria postea sit subjecta, perinde est, ac
si omnibus beneficiis, singulariter renunciatum foret. Lind. Ex-
erc. Just. ad b. t. tb. 15. jur. Prut. d. §. 3. Singulare itaq; est in Me-
gapoli, quod licet beneficiis predictis etiam distinctim se abdica-
verint fidejussores, creditor nihil minus minus tutus sit, nisi &
renuncient des Landes. Hoffgerichts auch Mecklenburg. Gebräuch. & Rev.
A. 26. Ceterum beneficium Ordinis & in eo casu cessare verius pu-
to, quando fidejussor se ut Principalem obligavit als ein Haupt und
Selbst. Schuldener. Gail. 2. O. 28. Hahn. ad Wes. N. 6. Qui variis id
confirmat præjudiciis. Hering. trakt. de fidejussi. c. 70. Jur. Prut. L. 4.
T. 13. A. 2. §. 2. jur. Culm. L. 4. T. 11. c. 3. Disl. Bacch. ad Tr. V. 2. d. 28. i. b. 5.
lit. E arg. l. 3. C. b. Excell. D. Stryk. De Caut. Contr. S. 2. c. 6. §. 22. & Carpz.
p. 2 C. 18. D. 2. Quorum Opinio de jure Saxonico vera est Nov. Elect.
Aug. p. 2. C. 18. Imò in patria huic beneficio nullū relictum esse usum,
& Civem fidejubente indistincte ante Principalem debitorem con-
veniri posse, docet Dn. Camerarij. U. D. manuscriptum jus Civicum
Rost. §. 9. ad A. 1. T. 1. L. 3. Jur. Lub. quod tñ. usu non confirmatur. Alteri
beneficio dicitur renunciatum jure Lub. L. 3. T. 5. A. 2. Jure Prut.
d. 1. §. 4. & Jure Culm. L. 4. T. 11. c. 3. quando unus pro omnibus fide-
jubet, etiam per hanc clausulam obligationis, wosfern einer unter uns
gemahnet würde / so sollen und wollen wir alle gemahnet seyn / und keiner
mit seinem Qvota, sondern ein jeder auf die ganze Summa haften. Mev.
ad jus Lubec. d. 1. n. 12. & 13. seqq. Jur. Culm. d. 1. De praxi tamen
communi Correis fidejussoribus beneficium divisionis compe-
tere, non saltem in casu, quo fidejussores mox ab initio simul
cum principali in Instrumento se obligant; See. 2. c. 5. §. 15. sed &
quando

quando ex postfacto accedunt cum formula correalis obligatio-
nis, Magn. D. Stryk. d. S. 2. c. 6. §. 25. tradit, qvām verò praxin, ex ibidē
allegata l. 3. C. b. t. firmiter probari non posse, ope prædictorum
Statutorum verius credo. Tertium privilegium locum habet,
qvando fidejussor solvens solidum vel, ante vel post solutionem,
(licet multi, Stryk. d. l. §. 28. ibi q; alleg. Bacch. Et. in diversam abeant
sententiam) sibi actiones cedi petit. l. II. C. b. t. l. 36. ff. eod. Schn.
D. 23. ff. §. 13. Qvod etiam in praxi observari docent Carpz. p. 2.
C. 17. D. 16. Groenw. de LL. abrog. ad d. l. II. C., absq; ejusmodi
verò cessione nec hodie adversus Confidejussores regressus
datur d. l. II. C. b. Jur. Culm. L. 4. T. II. c. 3. Qvæ cessio securius
& rectius fit mediante instrumento cessionis, non sola tradi-
tione chyrographi. Lind. Ex. Just. I. b. 12. b. t. Stryk. de Caut. Contr.
S. 4. c. 2. §. 18. Recedit tamen ab eo jus Lubecense, qvod sim-
pliciter absq; cessione actionum permittit regressum contra
Confidejussores, ita ut condicione ex Lege vel Statuo experiri
liceat. L. 3. T. I. A. 2. ibiq; Mev.

XXIX. Fidejussio in summam principali majorem legiti-
mè fieri nequit. §. 5. 7. De fidejuss. Jur. Prut. d. A. I. §. 4. facta tamen
ad concurrentem stringit quantitatem, tam de Jure Civili l. I. §.
4. ff. de V.O. l. 33. ff. Manc. Diff. Bacch. V. 2. d. 28. th. 4. lit. B. quam
moderno, quin si de donandi animo haud obscurè constet, ad to-
tam summam dari contra promittentem actionem, propter vim
pacti, recte monet Grönweg. de LL. abr. ad l. 8. ff. de fidejuss. Præ-
dicta procedunt, qualiscunque sit præcedens obligatio, sive natu-
ralis tantum, sive Civilis §. 1. j. de fidejuss. Jur. Prut. d. Art. I. §. 1. ex-
cepta obligatione naturali à jure Civili reprobata, cui fidejussor
accedere nequit l. 6. ff. de V.O. l. 7. de fideiuss. Junct. l. 4. i. ff. De Cond.
indebit: sed illud, qvod promisit, donasse censemur. l. 25. ff. de Fi-
deiuss. Porro nec sub pacto obstagii sum Einlager oder Einreitung
aliquis se obligare potest, per Recesl. Imper. de Anno 1577. cit. 17. §.
Wierohl auch: Ex statutis tamen qvorundam locorum adhuc
tali pacto vis est relicta, referente Schnob. D. 23. ff. tb. 9. & in spe-
cie de Holsatia id testatur Besold. thes. præf. voc. Leistung. Latius
de hoc legi meretur Magn. D. Stryk. de Caut. Contr. S. 2. c. 1. §. 37. seqq.

XXX. Obligationi ex delicto nascenti accedere fidejussor
potest, quando ad pœnam pecuniariam agitur. l. 8. §. 1. l. 70. §. fo-
ff. de fideiuss. Quando autem pœna Corpori infligenda est, fi-
dejuss.

dejussoria cautio, nec à parte Accusatoris, nec à parte Accusati
locum habet, arg. l. 22. C. De p̄n. Si tamen Crimen non sit sa-
tis notorium & persona honesta, fidejussor de se in judicio sisten-
do accipi potest. l. 1, 2. & 3. ff. De Custod. Recr. l. 6. §. 3. C. De Appell.
Carpz. prax. Crim. p. 3. quæst. III. n. 43. & quest. II. n. 51. Imò hodiè
pro Accusatore indistinctè, cùm inscriptionis nullus restet usus,
& accusatoris petulantia, extraordinariâ duntaxat coérceatur pœ-
nâ, p̄stita tamen cautione, per C.C. C. Art. 12. admittitur fide-
jussor. Simili prorsus modo jure Civili in securitatem restituendæ
dotis, à marito fidejussor exigi neqvit t. t. C. Ne Fidejuss. dot.
sponte tamen à marito fidejussorem oblatum acceptari ab uxore
posse, non saltem hodie, Carpz. p. 2. C. 42. D. 17. Sed & jure Roma-
no obtainere, verius judico cum Ungep. Exer. Iust. II. quæst. 7. con-
tra Brun. Exer. 19. ad §. 1. b. t. Marito autem, propter dotem
à patre uxoris promissam dandam, fidejussorem petere etiam ju-
re Justinianeo integrū esse Dd. communiter docent ad l. 1. C. Ne fide-
juss. dot. add. l. 5. §. 6. & 7. l. 55. ff. De jur. dot. Etiam vice versa mori-
bus nostris in securitatem dotis jam dataæ, maritum ad fidejusso-
rem dandum, remoto titulo Cod. Ne Fidejuss. dot. dent. parentibus
interpellandi facultatem concedi, testis est Mey. p. 2. Dec. 367. vid.
Magn. D. Stryk. S. 2. c. 6. §. 14.

XXXI. Si ex alterius promissione sperans, mutuam pecuniā DE
sibi numeratū iri, in chirographo qvoda se illam accepisse confi- CONTRA-
teatur, cū tn. non acceperit, huic, Exceptione non numeratæ pecu- CTU CHI-
niæ adverso literari illam obligationem, intra biennium objicien- RO GRA-
dā, est prospectum, ita ut & onus probandi numerationem in Cre- PHARIO.
ditorem transferatur. l. 3. & 14. C. de Non num. pecun. Quod posterius
etiam hodie in foro Polonico, Saxonico & Prutenico observatur,
Lipsk. C. 1. O. 29. n. 8. Carp. p. 1. C. 31. D. 65. jur. Prut. L. 1. T. 25. A. 7. §. 2. Non
tamen ubiq; id obtainere, testes sunt Vin in Com. J. ad b. t. in fin. ibiq;
alleg. Perez. in C. b. t. Grönweg. eod. tit. n. 5 Procedunt vero præ-
dicta etiam inter Mercatores. arg. l. 8. ff. de publ. in rem. act. Stracha
de Mercat. tit. Quomodo in caus. merc. proced. §. de Exception. n. 9.
Schultz. in Synop. Inst. ad tit. de Lit. Obl. in fin. (Diff. Berlich. p. 2. D. 294)
Carp. p. 1. C. 32. D. 69. & 70. Unde de praxi dubitari potest) Licet
exceptioni huic renunciatum sit, nam nec generaliter nec specia-
liter factam renunciationem quicquam operari, non saltem de
usu fori. jur. Prut. d. l. de Renunt. bujus except. § 2. Mag. D. Stryk. d. l. c.
C 7. §.

7. §. 8. Sed & jure Romano verius censeo. Affel. D. 13. de Contr. t. b. 19.
Probata jam numeratione, debitor convictus propter inficiatio-
nem vel scripturæ vel numerationis, in duplum condemnandus
est. Autb. Contra. C. b. 1. jur. Prut. d. A. 7. §. 2. Quæ tamen poena du-
pli non ubiq; observatur, substitutâ arbitrariâ. Vinn. & Perez. d. l.
Grœnw. ad d. Autb. Contra. In eo etiam recedit usus fori, quod ho-
die non præcisè requiratur, querelam non numeratæ pecunia in
scriptis fieri, cum tamen in causa dotis id exigat jus Romanum, per
Autb. hanc autem C. de R. C. ibiq; Grœnw. Laut. ad tit. ff. de R. C.
p. m. 132. Convenire verò praxin cum Theoria in eo, qvòd exceptio
non numeratæ pecunia, seu doli, etiā post biennium competat de-
bitori, qui numerationem non esse factam probare paratus est, licet
multi negent, arg. tamen l. 3. C. b. 1. junct. l. 5. §. f. ff. de Except. dol. recte
defendunt Laut. ad tit. ff. de R. C. p. m. 133. in fin. ibiq; alleg. Bacch. jur.
Prut. L. 3. T. 4. A. 3. §. 3. junct. L. 1. T. 2. A. 7. §. 3. Carpz. P. 1. C. 32. D. 66. n. 15.

DE XXXII. Jure Communi statim perfecta est emtio & vendi-
CONSEN- tio, simulatq; Contrahentes de re & pretio inter se convenerint,
SUALIBUS. nec interest, mobiles res sint, an immobiles. princ. J. de Emt. & Vend.

(1) jure verò Saxonico L. 1. A. 51. Carp. P. 2. C. 27. D. 1. n. 3. & P. 2. C. 39.
DeEmti- D. 35. jure Polonico. *juxta Conf. Sigism. I. in Conv. Crac. Anno 1523.*
one & Stat. Herb. voc. inscriptio. Dresn. L. 3. T. 5. fin. Jure Culmenſi L. 4. T. 5.
Venditi- c. 7. jure Lubecensi L. 3. T. 6. A. 1. jure Prutenico L. 4. T. 6. A. 7. §. 1.
one. Ad emtionē rerum immobilium judicialis insuper requiritur in-
sinuatio. In patria, wann solcher Rauff vor dem öffentlichen Raht ge-
schenen wird von denen Herren Commissariis solches zur Stadt. Buch ge-
brach. Rostock. S. X. §. II. ad A. 1. T. 6. L. 3. jur. Lubec. Effectus hujus
potissimum in eo conspicitur, quod cum Dominium rerum im-
mobiliū ante insinuationem non transferatur, Carpz. d. l. res
venditæ, excitato à Venditore concursu, tanquam in Dominio ven-
ditoris adhuc existentes, recte dicantur pertinere ad concursum,
adeoq; à Creditoribus Venditoris, in solutum accipi ac peti pos-
sunt. Plures habet Mev. ad jus Lubec. d. l. n. 8. Similiter ad Venditi-
onem rei feudalis, præter consensum contrahentium, jure feu-
dali communi, requiritur Consensus Domini & Agnatorum 2. f. 55.
pr. 2. f. 39. 2. f. 26. §. 5. v. Titius. Idem desiderari in Curia Polonica, testis
est Lipsk. C. I. O. 73. n. 17. & 18. sufficit tamen jure Prutenico solus
Domini consensus L. 7. T. 3. §. 2.

XXXIII. Retractus Consanguinitatis s. Gentilitius jure Ro-
mano

matio quidem sublatuſ l. 14. C. de Concr. emt. jure tamen Prutenico
 L. 4. T. 7. A. 1. §. 2. jure Lubec. L. 3. T. 7. A. 1. Ita dicto Jur. Civ. Rostoch. §. 12.
 ad A. 1. T. 7. l. 3. jur. Lub. Jure Culmensi l. 4. T. 6. c. 1. Imo generali
 Consuetudine Brun. ad. d. l. 14. in vendendis rebus immobilibus
 non acquisitis, sed patrimonialibus, receptus & postliminio rursus
 introductus, anno & die præscribitur, ita in plerisq; dicasteriis ju-
 dicari docet Wes. P. 6. Conf. 253. n. 93. quod etiam de praxi Polonica
 tradit Lipsk. C. 1. O. 49. n. 4. § 9. Vid. tamen Mev. ad jus. Lubec. d.
 Art. n. 61. junct. n. 74. seqq. Multi vero Interpretes juris Saxonici
 præcisè anni spatium præfiniunt. Carp. P. 2. C. 32. D. 2. Hahn. ad W.
 N. 6. de Recf. Vend. add. Nov. Elect. Aug. P. 2. C. 32. Vid. Mev. p. 5. D.
 23. Gail. 2. O. 19. Retractus Conventionalis s. pactum de Retro-
 vendendo, de quo in l. 2. C. de pact. int. Emt. & Vend. secundum
 veritatem theoreticam 30. annis præscribitur l. 3. C. de Præc. 30.
 vel 40. ann. Ex veritate autem practica in perpetuum durat; hinc
 licet is qui rem vendidit cum pacto retrovenditionis, intra 30. an-
 nos non obtulerit pretium, nec de revenditione egerit, postea ta-
 men audiendus est. Hahn. ad W. d. N. 6. Simile de Curia Poloni-
 ca exhibet Lipsk. C. 2. O. 36. n. 5. Jus Prutenicum etiam L. 4. T. 7.
 A. 1. §. 7. hanc corroborat praxi, factam tamen alienationeman-
 nihilari non permittit, sed actionem duntaxat ad interesse contra
 alienantem concedit, quod in genere probat Lipsk. C. 2. O. 31. n. 2.
 ibiq; alleg. Gail. add. Nov. Elect. Aug. P. 2. C. 1. § 32. Huic autem præ-
 scriptioni ut expresse renuntietur, tutius censet Mag. D. Stryk.
 de Cau. Cont. S. 2. c. 8. §. 57. fin.

XXXIV. Actiones tam reales quam personales l. fin. C. De
 Hered. vel act. Vend. tam ignorante & invito, quam sciente &
 volente debitore l. 3. C. cod. cuilibet vendi possunt, modo non
 transferantur in potentiores. Rubr. §. l. 2. C. Ne lic. pot. patr. Jure
 autem Prutenico cessio actionum non nisi consensu judicis fieri
 potest L. 4. T. 6. A. 5. §. 3. Etiam per Recept. Imp. de Anno 1551. §.
 diesem zu begegnen § de Anno 1577. tit. 20. §. es soll auch ein Christ/ Ju-
 dæis Venditiones actionum & cessiones sunt inhibitæ sub pena
 amissionis, nec enim licitum est Christiano, actionem contra ali-
 um Christianum habenti, vendere judæo, sicut nec judæus actio-
 nem Christiano contra judæum cedere potest. Imo jure Cul-
 mensi omnis mercatura judæis est inhibita. L. 4. T. 5. c. 2. fin. Qvod
 autem aliter se habet in foro Polonico, de quo latè Lipsk. C. 1.

O. 100. & Satut. Heribert. voc. *Judai*. De prædicta Cessione solen-
nis extat dispositio Legis Anastasianæ in l. 22. & 23. C. *Mand.* quā pro
actione vendita vel cessa, nihil amplius quis consequi potest, quam
ipse dedit: Contra quam legem cessio nominis si facta sit, residu-
um an Cedenti, an Fisco, an Debitori cesso adjudicandum sit, vari-
ant Dd. Struv. s. b. 8. de Hær. vel aet. vend. Brun. ad d. l. 23. C. Mag. D. Stryk.
de Caut. Contr. S. 4. c. 2. §. 12. Debitori cesso id applicandum esse vo-
lunt. A quibus verò recedit Mev. p. 3. D. i. qui fisco residuum assig-
nandum docet. His accedit Richt. p. 1. D. 36. Qui & fisco & debitori
istud annumerat: Regulariter Cedenti s. Venditori relinquendum
esse suadet Carp. P. 2. C. 30. D. 37. Qui verò in L. 5. Ref. 33. fisco illud ad-
judicat. Rectius ita distinguitur: si Venditor à Cessionario in-
ductus, bona fide actionem cesserit, tum ille actionem suam ad re-
siduum salvam retinet. arg. l. 9. ff. qua in fraud. Cred. & l. 41. ff de
pen. Berl. p. 1. D. 35. n. 3. Si verò inter Venditorem & emtorem
collusio quædam intervenerit in fraudem legis, tum superfluo me-
rito jure privantur. l. 23. §. 1. C. *Mand.* & debitori cedit. arg. l. 1. & 2.
C. *Nels.* pot. arg. l. 12. §. 2. ff. Quod met. caus. & l. 7. C. unde Vi. junct.
l. 10. ff. de jur. fisc. In provinciis Electoratus Saxonici & hoc specia-
le de cessione nominis legitur, quod illa valeat pro minori pretio,
modò dimidium non excedat & cessio fiat judicialiter, alioqui
debitum ad fiscum devolvitur. Carp. L. 5. Ref. 33. n. 37. seqq. junct
Ref. 34. n. 16.

XXXV. Jure Romano Exercitium Mercaturæ cuicunque
liberum est, & ad sollicitudinem Magistratus pertinet, cavere ne
aliquis licita negotiatione prohibeatur. l. 6. §. 4. ff. de offic. praesid. (ex-
ceptis Nobilibus l. 3. C. de Commerc. quod verò Lipsk. C. 1. O. 74. n. 7.
recte restringit ad tenuem & quæstuosam mercaturam, quicq; in
Polonia id observari docet. d. l. n. 8.) Nec tantum Civibus Romanis
inter se, sed etiam cum Barbaris & vice versa negotiationem exer-
cere licet, modò his pretium non in auro solvatur l. 2. C de Com-
merc. Nomothesià verò Lubecensi l. 3. T. 6. A. 7. in Pomerania,
Megapoli & aliis quamplurimis locis, libertas Commercan-
di ita restricta, ut exteris quidem emere & vendere permittatur,
sed non nisi à Civibus & Civi: idem tradit jus Culm. l. 4. T. 1. c. 2.
Quod extendit Ordinatio Politica Rostochiensis, qvæ & ante por-
tam emere prohibet, & ut mercium translationem ad forum con-
suetum emens exspectet, severè injungit: sic. Bon. Verkauffern.
Simi-

Similiter de Pomerania & Megapoli, pro utilitate Civium cautum legitur, ne in pagis & ruri Cerevisia coquatur & vendatur, unde Nobilibus aliisq; ruri habitantibus facultas coqvendi & vendendi cerevisiam, aliaq; mercimonia exercendi minime competit, nisi privilegio vel præscriptione jus hoc acqvisiverint; Qvale privilegium coquendi cerevisiam ruri habitantes Poloni obtinuerunt ab Alberto in Conv. Petric. Anno 1436. Stat. Herb. voc. *Cerevisia*. Ad proprios tamen usus cerevisiam coquere nemo prohiberipotest, hinc in jure Lubec. d. l. A. 12. permittitur cuiilibet civi ac in colæ, ad proprios domesticosq; usus vinum aliunde coemere, inq; suis custodire cellis, modo gabella pro his dari solita solvatur: imo jure Communi ejusmodi vectigalia s. onera plane non incumbunt iis rebus, quæ proprii usus gratia adferuntur. l.5. C. de *Vestigal.* l.4. §. 1. de public. Statuto tamen & Consuetudine, tale quid juri Romano contrarium, introduci posse, omni caret dubio, Mev. P. 7. Dec. 120. § ad d. A. 12. n. 8.

XXXVI. Præsides, propter metum concussionis, jure justini-aneo prohibentur mobilia & immobilia ad victimum & amictum non necessaria, à provincialibus emere l. 62. pr. De Cont. emt. l. 46. §. 2. ff. De jur. Fisc. Hodiè verò in quamplurimis locis id non ob-servatur. Groenw. ad l. un. C. de Contr. jud. Laut. b. t. p. m. 233. ibiq; alleg: Huic tamen juris Civilis dispositioni similem moribus in-ductam prohibitionem DD. allegant in judge, cujus autoritate bona substantantur, ne ipse inter Licitatores nomen profiteatur. Qvod verò in casu, ubi Adseffores adsunt, qui judicis licitantis partes supplere possunt, vix obtinebit, exemplo Contutorum. l.24. ff. De testam. tut. l.1. C. de in lit. dand. tut.

XXXVII. Venditor perfecto Contractu emtionis, non li-beratur invito emtore, licet etiam duplicates arrhas restituere velit. arg. l. 3. § 6. C. De Resc. Vend. l. 2. C. Quan. tie. ab emt. rec. idem de praxi moderna tradunt Vinn. In Comm. J. ad prin. de Emt. § V. n. 13. ibiq; alleg. Frequentantur tamen hodie arrhæ in casum pœ-nitentiae, germ. Neukauß/ Brun. qvæst. 19. ff. b. t. (à quibus valde dif-fert arrha, quæ Germanis dicitur ~~ein~~ Södtes-Pfennig oder Hand-gift: de qua in jure Lubec. L. 3. T. 6. A. 6.) eo fine datae, ut si alteru-trum eorum contractus pœnituerit, arrhā amissā liberè discede-re liceat. Mev. ad juv. Lubec. L. 3. T. 6. A. 18. n. 16. Hahn. ad W. N. 3. de act. emt. de Jur. Prut. leg. L. 4. T. 6. A. 7. §. 3.

XXXVIII. Quando res Vitiosa vendita est, jus commune
Edicto Ædilitio consulit emtoribus, ita si venditor sciens rei qua-
litatem, vitium non pronuntiaverit, non saltem pretium redde-
re, sed & omne interesse præstare debeat, si vero ignorans vendi-
derit, solum pretium restituat, aut id tantum, quanti minoris em-
tor fuisset emturus, si scivisset l. 13. ff. de Act. emt. Aliud verò obti-
net, quando emtores vitium sciverunt, aut ex inspectione facile
scire potuerunt, tunc enim illis non succurritur. l. 14. §. fin. l. 15.
ff. de Ædil. edit. licet venditor sciverit & emtorem non admonu-
erit. l. 43. pr. & §. 1. ff. de Cont. Emr. Carp. p. 2. C. 34. d. 16. Hinc tene-
tur Venditor, jure Romano, omnia equi Venditivitia interna præ-
stare. Carp. p. 2. C. 34. D. 17. Idem in jure Prutenico cavitur L. 4.
T. 6. A. 17. §. 1. 3. & 4. à quo recedit jus Lubecense, quod Vendito-
rem scissuras & rupturas panni ignorantem excusat, si jurare po-
terit, se ea vitia ignorasse L. 3. T. 6. A. 11. Si vero sciverit Venditor,
præter restitutionem pretii ac præstationem interesse, multam
etiam arbitrariam in publicum solvendam illi irrogat d. l. A. 14.
Porro in eo recedit, d. l. A. 17. quod æq; ac jure Saxonico Carp. d. l.
D. 17. in Vendito equo, non nisi tria Vitia præstanta sint: Quando
autem statuta hac dere nihil disponunt, propter omne vitium in-
ternum, æq; ac in aliis observatur animalibus, redhibere licet,
quod posterius confirmat jus Culmense L. 4. T. 5. c. 9. Ita etiam in
pretio ultra dimidium læso, hodie competit remedium l. 2. C. de Resc.
Vend. quod beneficium ad locationem, permutationem & similes
contractus, præsertim bonæ fidei rectè extenditur. l. 3. C. Comm. u-
sriug. jud. Imò de Veritate practica etiam ad Contractus stricti
juris. Laut. ad tit. ff. de Resc. Vend. p. m. 269. Lipsk. C. 1. O. 48. n. 11.
Non tamen ad transactionem l. 78. §. fin. ff. ad. SCt. Trebell. Lipsk.
d. l. n. 12. Quod & in Camera Imperiali observatur. Gail 2. O. 70. jure
ramen Saxonico & Pruten. etiam in transactione locum habet, nisi
super læsione transactum sit. Nov. Elect. Aug. P. 2. C. 34. ibi q; Möller.
Jur. Prut. L. 4. T. 6. A. 15. §. 9.

XXXIX. Jure Justinianeo illi, qui nocivum animal, in eo
loco ubi iter publicum habuit, ob occisum hominem poena 200.
solidorum dictatur. l. 40. seqq. ff. de Ædilit. Ed. Hodie autem po-
ena illa est arbitraria: Jure Communi pars ædium, ad quam horti,
area, granaria & alia referuntur ædificia, vendi potest l. 6. §. 2. de Act.
Emr. Aliud vero in jure Prutenico legitur. L. 4. T. 6. A. 4. §. 1. Jus Civile
dic

439

die nocteque mercaturam exercere permittit. Magn. D. Stryk. *de Caut. Contr. Sect. I. c. 4. §. 14.* Jus autem Culmense Venditionem rerum Immobilium Vespertino tempore factam nullam declarat, nisi matutino tempore ratihabeatur. *L. 4. T. s. c. 14.* Jure Romano determinatio pretii in arbitrium tertii incerti conferri nequit, inde emtio nulla dicitur *int. fin. C. b. t.* Aliud tamen consuetudine observari docent Vinn. *in Comm. ad §. 1. f. b. t.* & Frantz. *ad ff. eod.* Imperator, res quae sperantur, in contractum deduci permittit *I. 8. ff. b.* Hodie vero fructus immatuos & futuros emere prohibetur, nisi pretium reducatur ad valorem frumenti, quanti illud erit tempore contractus vel quatuordecē diebus post messem. Reform. Pol. *de Anno 1577. tit. 19.* Ita etiā res religiosæ sunt extra Commercium *§. 7. f. de R. d.* Hodie v. sepulchra, seu jus inferendi mortuū in sepulchrū, vendi posse constat. Frantz. *b. t. n. 142.*

XL. Licet traditio Rei Vendita, non statim Contractum subsequatur, periculum rei nihilominus, modò consensus sit interpositus, ad emtorem transit. *§. 3. f. b. t. l. fin. C. de Peric. & Comm. R. V. l. 5. §. 2. ff. de Resc. Vend. Jur. Culm. L. 4. T. s. c. 8.* Lipsk. *C. I. O. 47. n. 10.* Qvod & præjudicio confirmat Hahn. *ad W. N. I. de Per. & C. R. V.* Nisi vendatur res fungibilis ad certum pondus, numerum & mensuram *I. 35. §. 5. ff. b. t.*, qvo casu postquā liquidum degustatum saltē, nondum v. ad mensum est, periculū qualitatis, non vero ipsius rei ad emtorem transit *I. 1. ff. de P. & C. R. V. I. 4. §. 1. ff. eod.* Quin licet etiam res tradita sit ex hoc contractu, dominium tn. non transit, antequam pretiū solutum. *§. 41. f. De R. D.* fide verō habita in emtorem omnino transfertur, adeoq; utile est, dominium hoc casu sibi præservare, cum ita in concursu Creditorum rem vindicare & omnibus vendor præferri possit *I. 5. §. 18. ff. de Tribut. a. t. Gail. 2. O. 15. Carpz. p. 1. C. 28. D. 21.* ut tamen simile tutius periculo Rei eximatur, Consulit sibi hac adhibita cautela EX wolle biß zur gänglicher Abtragung der Kauff-Geider daß Dominium an den verkaufften Hause reservet habej jedoch sine periculo. Stryk. *de Caut. Contr. Sect. 2. c. 8. §. 23. & 25.*

XLI. Si Venditor Dominus rei forte non fuerit, de Evictione emtori regulariter obligatus est, licet in specie de ea nihil sit cautum *I. 6. C. de Evict. I. ult. C. De Comm. Rer. alien. Jur. Prut. L. 4. T. 6. A. 18. §. 1. Jur. Culm. L. 4. T. 5. c. 12.* Idem de Praxi Polonica testatur Lipsk. *C. I. O. 51. n. 1.* Qui tamen moribus obtinuisse, ut majoris certitudinis gratia exprelse de evictione agatur, *in n. 3. d. l. monet.*

Qvam

Quam verò cautelam abundantem nominat Magn. D. Stryk. *De Cau. Cont. S. 2. c. 8. §. 39.* Illud speciale de Jure Lubecensi, quod à die factæ cessionis, intra annum & diem saltem ad evictionem Venditor adstrictus sit. *L. 3. T. 6. A. 1. 2. & 4.* Confirmatur id ipsum ab ita dicto Jur. Civ. Rostoch. *§. n. add. Art. 2. Jur. Lub.* Quod ex parte cum jure Saxonico convenit, de quo eleganter differit Lipsk. *d. l. n. 13. §. 15.* Et qvamvis Groenweg. *ad tit. De Evict.* afferat, stipulationes duplæ à foro recessisse, fidem tamen non meretur, quia quodvis pactum deliberatò initum, cuius beneficio duplum in casum Evictionis promittitur, hodie efficax est, imò promissionem illam simpli- ci evictione tutiorem esse, rectè docet Magn. D. Stryk. *d. l. §. 44.*

XLII. A Theoreticis quidem prolixè disputatur, an Venditor præcisè ad tradendum compelli queat, - an verò liberetur præstando interesse, prior tamen sententia, qvam & ego secundum Veritatem Theoreticam veriorem credo, in praxi recepta est. Hahn. *ad. W. N. 3. De Act. emt.* ubi multa allegantur præjudicia. Carp. *p. 2. C. 1. D. 15. Jur. Prut. L. 4. T. 6. A. 1. §. 6.* Ita ut tradereno- lenti, manu militari res sit auferenda. *L. 68. ff. de R. V.* jus vero Cul- mense amat contrarium & præstationem interesse sufficere disponit. *L. 4. T. 5. c. 9.* Idem in jure Lubec. quoadres immobiles, pretio nondum tradito, cautum legitur. *L. 3. T. 6. A. 18.*

(2.)
*De Loca-
catione
& Con-
ductio-
ne.*

XLIII. Ad ineundam locationem semper expressus requiri- tur consensus. *arg. §. 1. f. b. t. ad initæ verò renovationem, sufficit tacitus L. 16. C. b. t. l. 13. §. fin. l. 14. ff. b. t.* Simili modo hodie datur locatio expressa & tacita. *Jur. Culm. L. 4. T. 7. c. 7. jur. Prut. L. 4. T. 8. A. 2. §. 19.* Hæc tacita reconductio in prædiis rusticis ad integrum annum, in Urbanis autem, quamdiu alter contrahentium locatio- ni non renunciaverit, facta fuisse censetur. *L. 13. §. fin. ff. b. t.* ut ta- men justo tempore alteruter renuntiet, omnino requiritur Rost. *S. X. §. 13. ad A. 2. T. 8. L. 3. jur. Lub.* Affel. *D. 8. de Contratt. tb. 10.* Laut. *adb. t. p. m. 288. Wel. N. 8. in fin. b. t.* Vult quidem Carpz. *p. 2. C. 37. Def. 9.* Quod si in scriptis sit facta locatio, reconductioni non sit locus. *Ast. d. l. 13. conformior explicatio est Franzky ad ff. b. t. n. 24.* & ex eo Lauterb. *d. p. 288.* Quod si in scriptis certum locationis tempus sit expressum, ad illud ipsum conductio renovata cense- tur. *Jus Pruten. indistinctè ad anni spatium reconductionem ex- tendit. L. 4. T. 8. A. 2. §. 19.* Etiam jus Lubecense eodem loco habet rusticæ & urbana prædia, *juxta assertum Stypmañi in Sesquicent. Diff. jur.*

470

jur. Civ. & Lub. S. 98. arg. L. 3. T. 8. A. 2. Idem confirmat jus Culm.
L. 4. T. 7. c 7.

XLIV. Quamvis jure Culmensi *L. 4. T. 7. c. 3.* & jure Prutenico *L. 4. T. 8. A. 2. S. 3. 4. & 5.* locatione ad certum tempus factâ, Conductor aliquibus casibus ante finitum tempus à Locatore expelli queat, veluti si mercedem promissam non solvat, aut res locata indigeat refectione, vel ipse dominus rem locatam propriis usibus necessariam esse probet *I. 3. C. b. t.* jure tamen Lubecensi, non nisi unico casu, (quando nimirum conductor malè in re locata versatur, quem continet etiam *d. I. 3. C.*, quod sit inverecundè vel turpiter vivendo, aut turpes infamesq; personas hospitio excipiendo,) id permititur, ita verò, ut non propria authoritate, nec jure Communi *arg. t. t. C. Ne quis in sua causa jud. l. 175. De R. i. I. 3. C. de pign. qvatvis multi ex Nov. 14. §. 1.* Contrarium deducere conentur: Nec in foro Carpz. *p. 2. C. 37. d. 6. Franzk. ad b. t. n. 180. seqq.* Sed authoritate judicis expulsio fiat *jur. Lubec. L. 3. T. 8. A. 2.* Cujus dispositionis extensionem non inconcinnam lege in ita dicto jure *Civ. Rost. S. 13. ad A. 2. T. 8. L. 3. jur. Lub.* Contra & Conductor ex justa causa ante præfinitum tempus rem deserere potest, ut si ædes conductæ ruinam minentur *l. 28. ff. de Damn. infect.* Etiam propter spectra aliamq; justam timoris causam, *Goto fr. ad l. 27. ff. b. t. jur. Prut. d. l. §. 7. & 13.* frustra itaq; docet Gröenweg, *ad d. l. 27. §. 1.* ob spectra pensionem hodie non esse remittendam.

XLV. Quando famulus vel Ancilla justam discedendi causam habet, ut si nimiâ saevitiâ Domini, aut morbo aliave justa causa impeditus vel impedita fuerit, quo minus officium suum continuò faceret, totius tamen temporis mercedem petere potest. *l. 38. ff. b. t. l. 4. §. 5. ff. de ßar. lib.* Quod si verò ante constitutum tempus vita excesserit, heredes tantum pro rata servitii mercedem accipiunt. *arg. l. 16. §. fin. C. de Erog. milit. annon. Concordat jus Saxon. L. 1. A. 22.* Stirbet auch der gemietete Mann/ ehe er seinen vollenkönlichen Lohn verdienet/welches ihm verheissen war/man ist seinen Erben nicht mehr verpflichtig zu geben/ dann er verdienet hat/ und ihm gebühret bis auff die Zeit/ da er Stirbt. Affel. *D. 8. de Contr. Tbes. 13.* (Aliud quidem de Professoribus, Advocatis & Medicis Dd. concludunt, etiam si in initio vel medio anni moriantur, integrum sc̄torius anni salarium heredibus debet. per d. l. 38. & l. 1. §. 13. De Var. & Extraor. cogn. Vix tamen credo, salario nondum emerita, hoc praesertim seculo, heredibus solvi, nisi usu &

D

Consue-

*Confuetudine, statutove speciali hoc sit receptum, prout multi in locis
Viduis & liberis salary totius in sequentia anni concedi solent, vulgo ap-
pellant das Gnaden- Jahr, de quo anno gratiae legi meretur Brun.
de jure Ecclesiast. L. 2. c. 5. §. 10. seqq. Et cum in jure nostro Civili Advo-
catis fisci privilegium hoc specialiter concessum sit, ut totius anni salary
um transmittant ad heredes, temere illud ad alios trahendum nos vi-
detur. Affel. d. l.) Contra quando famulus vel ancilla ante tempus
sine justa causa aufugit, tum non tantum integrum salary isti
non debetur l. 33. in fin. ff. b. t. l. 42. ff. de V. O. Sed adhuc Domino
suo ad interesse, propter operas, quibus caruit, tenetur. Affel. d. l.
idem jure Pruten. L. 4. T. 8. A. 3. §. 10. Jus Lubecense ad litem de
interesse præcavendam, famulum vel ancillam ad dimidiam pro-
missæ mercedis partem, Domino pro discessu & loco serviti sol-
vendam condemnat, eaq; Dominū contentum esse debere consti-
tuit. L. 3. T. 8. A. 5. Ibiq; Mev. qui n. 15. quid de jure Saxonico obtineat,
dilucidè monet. jus verò ita dictum Civicum Rostochiense in præ-
dicto casu, famulum vel ancillam ad instantiam Domini per to-
tum tempus debita præstare servitia, aut Civitate per semestere
carere, aut Ergastulum adire jubet. §. 13. ad A. 3. §. 6. T. 8. L. 3. jur. Lub.
Qui verò servum fugitivum non ex humanitate, sed dolore recipit,
cum jus Commune restitutione servi & unius paris, vel multa 20.
solidorum coercet. l. 4. C. ibid. Brun. de serv. fugit. Jus Lubecense
pœnam arbitrariam in recipientem dictat, pro delicti quantitate
& personarum qualitate moderandam. L. 3. T. 8. A. 8. Huic adsti-
pulatur jus ita dictum Civic. Rostoch. diff. loc.*

*XLVI. Locatio ad longum tempus fieri potest, non tamen
utile Dominium ita transferri, concludendum l. 2. C. de prescripto
30. vel 40. ann. l. i. §. 15. de Exerc. att. Quod assertum Civile duplum
in foro patitur limitationem, licet enim ad multos annos facta sit
Locatio, emtione tamen rumpitur, juxta regulam Rauff gehet vor
Miete. jur Culm. L. 4. T. 7. c. 4. jur Prut. L. 4. T. 8. A. 2. §. 3. & n. A
qua nec jus Civile abhorret l. 9. C. b. t. Locator autem conductori,
qui usu rei ante statum tempus privatur, ad interesse præstandum
obligatus est. l. 25. §. 1. l. 32. ff. b. t. Carp. p. 2. C. 37. D. 1. jur Culm. d.
c. 4. De altera Conclusionis parte quamplurimi docent, locatio-
ne longi temporis in foro jus aliquod reale, contra l. 39. ff. b. t. in
conductorem transire. Brun. quæst. 10. ff. b. t. & ad l. ult. ff. si ager.
yellig. jur Prut. d. 1. §. 12. Vid. Carp. p. 2. C. 37. D. 22. n. 7. Adeoq;
consul-*

consultissimum erit; ne locator usum rei ultra novem annos in contractu promittat, aut de renovatione Contractus singulis novem annis ineunda caveat. Mag. D. Stryk. de Caut. cont. S. 2. c. 9. §. 6.

XLVII. Merces in hoc Contractu tantummodo in pecunia numerata consistere debet S. 2. f. b. t. l. 5. S. 2. ff. de Prescr. verb. l. 25. §. 6. ff. b. t. l. 33. ff. Comm. divid. Siveram & propriè sic dictam locatio nem intelligamus. d. l. 25. §. 6. ff. b. t. l. 5. ff. depos. Franzk. ad b. t. ff. n. 70. Laut. b. t. p. m. 290. quod confirmat jus Polonicum. Statut. Prilusc. L. 3. c. 7. Dresn. L. 3. T. 6. vers. Est autem. dissentit Mag. D. Stryk. de Caut. Contr. S. 2. c. 9. §. 4. Jure verò Prutenico tam in locatione facti, quam Rei, non solum pecunia numerata, Sed etiam alia quævis res intervenire potest. L. 4. T. 8. A. 1. §. 2.

XLVIII. Locatione ad unum annum factâ, remissio pensi onis ob magnam fructum sterilitatem, à locatore l. 8. C. l. 15. §. 2. l. 25. §. 6. ff. b. t. fieri debet, nisi aliud expresse conventum; si verò in plures annos facta sit, remissio turna demum locum habet, quando non ubertate aliorum annorum sterilitas illa compensatur l. 8. & 18. C. b. t. l. 15. §. 4. ff. b. t. æstimatio verò magnæ sterilitatis, boni Viri seu judicis arbitrio tutius hodie committitur. arg. l. 25. §. 6. ff. b. junct. l. 1. §. 2. ff. de jur. deliber. non ad stricto præcisè, licet practici variè dissident, quantitat l. 2. C. de Resc. Vend. Franzk. adff. b. t. n. 103. seqq. Hahn. ad W. N. 16. b. t. qui variis præjudiciis hæc omnia illustrat.

XLIX. Contractus Emphyteuticus rectè refertur inter Contractus juris gentium, ad quem non præcisè requiritur scriptura. arg. S. 3. f. b. t. l. 4. ff. de Pign. Nov. 120. c. 1. Hahn. ad Wes. N. 3. ibid. Bacch. si ager Vestig. Quæ tamen probationis gratia accedere potest & utilis est, unde usus hodie docet, Concessiones ejusmodi literis desuper factis iniri, durch einen Erbzins. Brief. A quo autem recedit praxis in Emphyteusi Ecclesiastica, quæ ad istius formam exigit scripturam, adeo, ut defectu illius pro rorsus annihiletur contractus. Mev. p. 3. Dec. 289. Jure Prutenico ad quamc. Emphyteusin necessariò desideratur scriptura. L. 4. T. 9. A. 1. §. 2. Jure Civili Emphyteusi venditâ & in aliūm translatâ, novus possessor qv' nqvalensimam partem pretii s. æstimationis rei Emphyteuticæ, Domino, loco laudemij dare debet l. ulti. C. De jur. Emph. in Saxonia verò & multis aliis locis qvinq; pro Centum solvuntur, Carpz. L. 1. Resp. 90. Jure Prutenico datur decima pars L. 4. T. 9. A. 3. §. 3. In tota itaq;

D 2

itaq; hac Laudemiorum materia Consuetudines locorum atten-
dendæ. Carpz. p. 2. C. 39. D. 79.

3. L. Jure Romano cum qvovis inire societatem, cùm sit juris
De Socie- gentium, licet. Strach. *De Mercat.* p. 2. n. 50. Ita ut & cum Judæo
tate. Christianus hodiè licitè contrahat. l. 8. & t.t. C. *De judæis.* Rec. Imper.
de Anno 1551. S. diesem ju begegnen. Ordin. Polit. *de Av. 1577.* tit. 20.
Idem deforo Polonico. Lipsk. C. 1. O. 100. n. 4. & 5: A quo verò re-
cedit ius Culmenſe L. 4. T. 5. c. 2. in fin. jure etiam Lubecensi prohi-
betur societatem inire cum illis, qui Anseatici non sunt, neq; hos
factores s.mandatarios habere permittitur L. 3. T. 9. A. 2. ibid. Mev. n. 3.

LI. In societate omnium bonorum, ab aliquo sociorum, etiam
suo nomine, indistinctè quæsita ad societatem referuntur, eaq; in-
ter socios communicanda l. 7. 8. & 74. ff. h.c., Nec refert, commu-
ni, an propriâ pecuniâ aliquid sit quæsิตum. Motz. *De Contract.*
tit. *De Societ.* p. 511. Excipiuntur feuda ab altero sociorum quæsita,
quæ integra acquirenti debentur, ejusq; heredibus permanent.
Vin. *ad Princ.* f. b.c. in fin. Jure verò Lubecensi L. 3. T. 9. A. 4. tantum
bonis communibus quæsita, communia fiunt, cætera cedunt ipsi
acquirenti, hinc ex suo artificio alter sociorum quæ lucratur, aut
quæ salario intuitu muneris publici accipit, sibi retinet integra, nec
quicquam de his Consocio communicare tenetur. Anxiè etiam
inter JCtos Disputatur, societate inter plures contracta, An ex
contractu vel facto unius, cæteri de jure Communi in solidum,
An verò quilibet pro ea tantum parte, quam in societatem con-
tulit, Ein jeder vor sein Antheil und so hoch sich eines jeden Capital und ein-
geworffene Haupt-Summa erstrecket/ teneatur? Prius docent Carp.
p. 2. C. 17. D. 12. & Mev. p. 4. Dec. 169., qui hanc sententiam, tanquam
æquiorem, justiorem & Commerciis utiliorem, in usum foren-
sem venisse statuunt, idq; adeò procedere, existimatur, ut nec fi-
nita societate actio dividi queat, sed singuli semper in solidum ut
duo Rei debendi teneantur. Posterius placet Gail. 2. O. 24. n. 9. A-
liisq; quamplurimis. Pro Conciliatione utriusq; sententiæ, alii
aliud excogitant: Ego priorem sententiam de jure Civili ample-
ctor, quando alter sociorum sub mentione societatis tanquam
institutor se obligavit. l. 1. §. fin. l. 2, 3, 4, §. 1. ff. *De Exerc. Act.* l. 13. §. fin.
ff. *De instit. act.* l. 60. §. 2. ff. *Mand.* Ita tamen, ut qvod unus præsti-
tit, pro rata repetere queat judicio societatis, per d. LL. Posterio-
rem autem veram judico, quando alter sociorum suo nomine pe-
cupia,

442

cunia communi negotiatur per l. 4. pr. ff. De Exerc. a. 7. vid. Lauterb.
ad ff. de Exerc. a. 7. p. m. 185. in fin. jus tamen Lubecense. L. 3. T. 9. A. 5.
constituit, quod socii singuli pro sociali debito in solidum conve-
niri possint, verb: Was der eine Kaufmann muß der ander zahlen: Nec inter-
est, suo nomine an mentione societatis injecta se obligaverit, An
cæteris sint solvendo, nec ne. Idem de jure Culmensi L. 4. T. 8. c. 5.
Contra apud Hollandos tantum pro rata indistinctè quemlibet-
teneri testantur Vinn. ad §. 2. J. Quod cum eo ibi q; alleg. Groenweg.
Similiter & hoc singulare Nomothesia Lubecensis d. Art. 5. intro-
duxit, quod in societate omnium bonorum, dominium omnium
bonorum, non modo presentium & tempore contractæ societatis
existentium, sed & post quæsitorum, cum pleno effectu ad socios
transeat, unde socio permittitur aperire arcum socii & inde pe-
cuniā sumere, quod verò à jure Communi alienum est, quo du-
rante societate quæsita, non ipso jure, sed societatis demum judi-
cio communicantur. l. 74. ff. Pro socio Vinn. ad princ. J. eod. n. 3.

LII. Quando alter sociorum solus pecuniā confert, alter
verò operam pro pecunia præstat l. 1. C. b. t., tunc pecuniæ casu
amissæ damnum, quamvis contrarium multis potius arrideat,
non simul ad hunc, qui tantum operam contulit, pertinet. arg. §.
2. J. b. t. l. 52. §. 2. ff. h. t. Jur. Culm. L. 4. T. 8. c. II. Frantz. ad ff. b. t.
n. 86. Affelm. D. 9. tb. II. §. 12. Si tamen negligens sit, socius ad omne
id quod alterius interest, tenetur. l. 2. §. fin. ff. De O. & A. quamvis
proper beneficium Competentia in solidum extorqueri neque-
at, sed ratio istius habenda, ne egeat. §. 38. J. De Action. l. 63. pr. §.
§. 3. ff. b. t. Affelm. D. 9. tb. 9. Jur. Prut. L. 4. T. 10. A. 3. §. 3.

LIII. Socius socio jure Communi obligatus est ad rationes
reddendas l. 9. ff. de Edend. Jure verò Lubecensi L. 3. T. 9. A. 3. & jure
Prutenico L. 4. T. 10. A. 1. §. 3. convento fratri liberum est, reliquis
fratribus sororibusq; dare quantum velit, si juraverit se ad amplius
non teneri. Prædictis addi meretur, singulare moribus indu-
ctum societatis genus, quod societatem Admiralitatis nominant,
quæ Mercatores, naves ad extera loca mittentes mutuam defensio-
nem nautis injungunt, & damnum uni ab hoste illatum commu-
ne habent. Marq. de jur. Mercat. L. II. c. II. n. 35. seqq.

LIV. Mandatum manet Contractus bonæ fidei, ^(4.) juxta §. 28. De Man-
J. de Action, licet in foro dicatur stricti juris, ex eo, quod fines man-
dati diligenter & strictissimè sint custodiendi §. 8. J. b. t. l. 5. ff. b. t.
l. 12. C. b. t. Hos si mandatarius excesserit, usq; ad limites mandati
falsi.

falterna actionem habet. l. 3. §. fin. l. 4. & 33. ff. b. t. Ratiotie residui
verò ne quidem actio negotiorum gestorum ipsi competit. l. 31. §.
4. ff. de Neg. gest. l. ult. C. eod. l. 25. ff. eod. Hahn. ad Wes. N. II. b. t.
Affelm. D. 9. de Contr. tb. 27. Ast quamvis ita à Dd. Comun. Mandatario omnis hodie denegetur actio, exceptionem tamen doli,
re nondum tradita, mandanti actionem directam instituenti opponi posse, nisi totum pretium restituere paratus sit, rectè docet
Vinn. ad §. 8. 3. in fin. b. t. Qui hac de re latius legi meretur.

LV. Etiam si honorarium interveniat, mandatum tamen ex-
in non fit mercenarium, sed gratuitum manet. l. 6. pr. junct. l. I. §.
ult. ff. b. t. Jur. Prut. L. 4. T. II. A. I. §. 3. Hahn. ad Wes. N. 3. ibi q; Bachov.
b. t. Unde nec jure Civili, licet acriter id contendant. Magn. Dn.
Stryk. de Caus. Contr. S. 2. c. II. §. 21. Laut. ad ff. b. t. p. m. 213. Schnob.
D. 10. ff. §. 30. aliq; plures, nec hodie, actione mandati istud ho-
norarium, pro executione mandati promissum, sed deficiente alio
remedio, per implorationem judicis, seu extra ordinem peti po-
test. l. I. C. l. 7. ff. b. t. Jur. Prut. d. l. A. 3. §. 2. in fin. Lipsk. C. I. O. 45.
n. 1. Hahn. ad Wes. N. ult. b. Affelm. D. 10. De Contr. tb. 26. Frantz.
ad ff. n. 34. & 35. b. t.

LVI. Ex Consilio & simplici Commendatione neminem
obligari l. 12. §. 12. ff. b. t. & 2. ff. De Proxen. l. 7. §. ult. De Dol. mal. Nec
ex Commendatitiis literie quenquam jure Communis obstringi
pro eo, quod Commendatus debet, et si Commendationis occa-
sione creditum fuerit, communis est Dd. sententia, fundata in
d. l. 12. §. 12. ff. b. t. Carpz. p. 2. C. 20. D. 10. Jur. Pruten. L. 4. T. II. A. 1.
§. 2. Jus autem Lubecense simplicem Commendationem, modo
contractum antecesserit, stringere disponit L. 3. T. 10. A. 1. Quod &
inter Mercatores observari, tradit Marq. de jur. Mercat. L. 2. c. II. n. 69.

DE CON-
TRACTI-
BUS IN
NOMINA-
TIS.

LVII. Contractus innominatos & ex iis resultantem actionem
Præscriptis verbis, hodie obtinere, omnesq; adhucdum es-
se reales, qui præter consensum actualem desiderant præstatio-
nem l. 3. 4. & 5. C. De Rer. perm. rectè defendunt Carpz. p. 2. C. 33.
D. 23. & Hahn. ad Wes. N. I. & 6. de Præscr. verb. Contra Gröenw.
& Gudelin. De jure Noviss. L. 3. c. 1. in fin. In eo tamen usus
fori recedit, quod licet jure Romano is, qui dedit, poenitere que-
at & rem datam repeteret l. 5. §. 1. ff. de Præscr. verb. l. 3. §. 2. l.
5. ff. de Cond. Caus. dat. l. I. §. & 7. C. De Rer. perm. Hodie
tamen ob validitatem pacti, in omni contractu innominato,
poenitentia non facile admittatur, Hahn. ad Wes. N. 3. De Præscr.
verb.

493.

verb. arg. l. 3. C. De Rer. perm. latius de eo legimèrèfur Magn. Dn.
Stryk. De Caut. Contr. S. 3. c. 5. §. 4. Rittersh. Differ. jur. Civ. & Can.
L. 3. c. 10. fin. Diff. Carpz. p. 2. C. 33. D. 23. His Contractibus rectè ac-
censetur Permutatio, licet nomen aliquod habeat l. i. § 2. ff. De Rer.
perm. Ad qvam moribus nostris inductum Cambium, Germ.
Wechsel referri, licet alii aliud credant, rectè docet Hahn. ad Wes.
N. 3. de Präscr. verb. & N. 10. ff. de Rer. perm. l. i. pr. ff. de Rer. perm.
Cujus consummatio qvatuor desiderat homines, Remittentem,
Tractantem, Præsentantem & Acceptantem, uti prolixè id de-
clarat Martin. Vogt. Tract. de Camb. Magn. D. Stryk. de Caut. Cont. S.
3. c. 5. §. 8. seqq. Insuper & hoc speciale, quod pactum de Cambio &
Contrahenda permutatione, quamvis illud à jure Civili sit alienū,
l. i. §. 2. ff. & l. 3. C. de Rer. perm. hodiè omnino pariat actionem. arg.
d. l. 3. C. eod. Hahn. ad Wes. N. 3. de Präscr. verb. Gröenw. ad d. l. 3. C.
Diff. Laut. ad pr. tit. ff. De Rer. perm. ibiq; alleg. Carp. De Jure Po-
lonico inefficax illud esse certum est. Vid. supra Concl. 2. Formula
permutationis prodita à Sigism. I. in Conv. Petric. An. 1523. Legatur
in Stat. Herb. voc. inscrip. Dresn. L. 3. T. 5. pr. add. Lipsk. C. i. O. 47. n. 7.

LVIII. Circa quasi contractus non multa singularia in foro
occurrunt, de Administratione tamen tutelæ, qvà huc spectat,
hoc speciale legitur, quod ex ea promanans actio tutelæ, hodie
singulis annis ad rationes reddendas, cum jure Civili demum fi-
nitæ tutelæ, institui queat. §. fin. J. De Attil. tut. l. 4 ff. De Tute. & Rat.
diff. ab eo, ut & ultrò offerendæ sint rationes, & qvidem sin-
gulis anni, per Ord. Pol. de An. 1577. tit. 32. §. Item das Er. Jur. Prut. L. 2. T.
6. A. 12. §. 2. & ita dicto jur. Civ. Rostoch. §. 15. ad T. 7. L. 1. jur. Lub. Simi-
le de jure Saxonico testimonium exhibent Carp. p. 2. C. II. D. 2. &
Lipsk. C. i. O. 59. n. 3. De aliis quam plurimis locis idem testatur Vin.
in Comm. ad d. §. ult. quamvis id hodie non ita strictè observetur,
vid. Mev. p. 3. D. 117. In Curia Polonica jus Civile observari præju-
dicio probat Lipsk. d. l. n. 1. Propinquus tamen & magistratui ra-
tiones à tutoribus, præsertim dativis, quotannis petere integrum
esse, aliud præjudicium, quod Lipsk. d. l. n. 4. allegat, satis evincit.
In Saxonica hoc singulare est, quod Tutor qui est proximus pu-
pilli heres, à rationibus quotannis reddendis immunitis sit. Carp.
d. C. II. D. 3. Lipsk. d. l. n. 5. Matrem Tutricem ab onere rationum
reddendarum non indistinctè eximi, testantur Carp. d. l. D. 5. Brun.
Exer. Just. 3. ad §. ult. De Capitis dim. Huic plura addere, institutio ra-
tion non permittit.

DE QVA-
SI CON-
TRACTI-
BUS.

LIX.



LIX. Quando r̄es int̄ plur̄es frat̄es vel heredes est Communis & alter eorum provocat ad divisionem, nec inter se convenire possunt, quomodo divisio fieri debeat, & quid cuilibet sit tribuendum, jurisprudentiæ Romanæ placuit, officio judicis, aut si id facile exitum habere nequeat, per sortem, ambiguorum arbitram, dividi debere. l. 3. pr. C. Commun. de Legat. §. 23. 7. de Legat. l. 14. ff. de judic. l. 24. §. 17. ff. de fidic. libert. Non autem aliter ad hanc recurritur, quam si dubia aliter dirimi nequeant. Idem jure Prutenico L. 4. T. 20. A. 2. §. 3. & A. 3. §. 2. jur. Culm. L. 4. T. 6. c. 6. Praxis Polonica cum prædictis in eo convenit, quod divisio etiam absq; judicis autoritate fieri possit, quæ tamen trium annorum & tot mensium silentio demum ratificatur; Quando autem partitio publica initur autoritate, illa de bonis Terrestribus, ab officio s. iudicio Castrensi, de bonis verò juri Magdeburgensi subjectis & in Borussia sitis, à Commissariis à S.R.M. ad id deputatis expeditur. Lipsk. C. 2. O. 50. n. 10. Dresn. L. 4. T. 5. v. si verò. Ex dictis jam patet, non jus Romanum, sed mores potius in rebus hereditariis, Majori dividendi, & Minori eligendi usitatam in foro conferre facultatem. Gail. 2. O. 11. 6. n. 14. quamvis hic dividendi modus juri Canonico non plane incognitus sit. c. i. x. de Paroch. Cessat autem si plures quām duo exstant heredes inq; aliis casibus, quos habet Carp. p. 3. C. 15. D. 7. 11. & 21. Nec habet locum in Communione rei singularis, quæ duntaxat juris Civilis divisionem admittit. Carp. d. l. D. 22. jus Lubecense alium adhuc invenit modum, & in L. 3. T. 13. A. un. præscripsit, quod divisionem urgens, si aliud inter eos non conveniatur, rem æstimare & alteri electionem, pretium an rem malit, offerre debeat. Magn. D. Stryk. de Caut. Cont. S. 3. c. 4. §. 12. de quo prolixius Mev. add. Art. n. 11. legi potest: Et licet jure Civili hereditariis illis divisionibus nullum certum sit præfinitum tempus, jus tamen Lubecense spatium 30. dierum præfixit. L. 2. T. 2. A. 27. ibiq; Mev. n. 55. Ubi etiam videre est, quod liceat propria autoritate domū defuncti ingredi, quod tamen in patria mea mit des Rahts wissen un̄ Ordnung fieri debet. Ita dicit: Jur. Civ. Rost. §. 5. ad 19. Lub. d. A. 27. fin.

LX. Indebitum, quod quis errore juris solvit, jure Civili repeti posse, contendunt quidem Wef. in paratit. De Cond. indeb. N. 9. Bach. in Tract. De Action. D. 4. ad th. 17. aliiq; plures. Verū nec jure Justinianeo, licet nulla obligatio naturalis subsit l. 10. C. De jur. & fact. Ignor. l. 9. C. ad L. falcid. junct. l. 50. ff. De Cond. jud. Nec moderno

derno usū condicōnē indebiti locum habere verius est. Hahn.
ad Wef. d. N. 9. Carp. p. 2. C. 28. D. 20. Qui tamen p. 3. C. 15. D 42;
 Id restringere videtur, quando nulla obligatio naturalis concurrit,
 quo casu Condicōnē hanc admittendam esse suadet, quod
 ius Prut L. 4. T. 17. A. 1. §. 6. *in fin. & Lipsk. præjudicio Polonico, con-*
firmant C. I. O. 30. n. 4. Add. Brun. quæst. 15. ff. De Cond. ind. Struv. tb. 40;
eod. Qvorū tn. æqvitatē, qvām prætendunt & in praxi observaricre-
dunt, poti⁹ apparentē qvā verā judico arg. l. 43. pr. & §. 1 ff. de Cont. Emst.

LXI. A Collusore id qvod ei in ludo solutum est, tanq;am
 indebitum jure Civili recte repetitur, si verò indebitum nondum
 solutum sit, nec datur exactio l. 1. *& fin. C. de Aleator. Affelm. D. 3. De*
Contrat. tb. 24. Hodie solutum condici amplius neqvit, modò non
 alter per fraudem vicerit, nec quis ad ludendum coactus, nec ve-
 stes deperditæ, aut magnum familiae dispendium concurrat. Brun.
Quæst. 4 ff. de Aleat. & ad l. 1. ff. eod. & ad l. ult. C. eod. Laut. ad ff. eod.
p. m. 125. Hahn. ad Wef. N. 4. eod. Schn. D. 7. ff. tb. 28. Qvod & de fo-
 ro Saxonico testatur Carp. L. 6. *Reſp. 96. n. 10. Jur. Culm. L. 5. T. 22.*
c. 3. Si tamen in ludo perditum nondum solutum sit, Collusori &
 hodiè exactio denegatur, citius enim retentio qvam actio conce-
 ditur; Cujus specialem exhibent decisionem Carp. d. l. jus Culm.
d. l. c. 2. jus Polon à Casimir. Mag. in Conv. Villic. Anno 1368. Statue
Herb. voc. ludus taxillorum. Dresn. L. 4. T. 14. Imò nec fidejussorem
 istius, qui ludo pérdidit, efficaciter stringi, probat præjudicium
Carpz. in pr. Crim. p. 3. quæst. 134. n. 26. Ad ludendum tamen pecu-
 niā mutuanti, modò collusor non extiterit, moribus concedi
 actionem, asserunt Affel. D. 2. *De Contr. tb. 22. fin. Carpz. d. l. n. 27.*
Hahn. N. 4. De Aleat. Berlich. p. 1. d. 66. De jure Prut. legatur. L. 4. t. 16. A. 6.

LXII. Modi tollendi obligationem in jure Romano ex-
 pressi, qvotidiano confirmant usū, nisi qvod Aquiliana stipula-
 tio plane in desuetudinem abierit, postquam qualemunque debi-
 bitum per acceptilationem, etiam nudo pacto initam, remota
 stipulationis necessitate, quamvis eam adhuc exigant verbajuris
Prut. L. 4. T. 21. A. 1. §. 13. tolli posse, moribus inductum Carp. p. 2. C. 19. d.
17. Magn. D. Stryk. de Cau. Cont. S. 4. c. 3. §. 2. Etiam de Solutione, alte-
 ro obligationem tollendi modo, in Noviss. Recess. imper. *de Anno*
1054. §. So viel nun die Capitalia, hoc speciale legitur, quod debito-
res, ad inopiam pernicioſo bello redacti, ab onere debiti, solutione
particulari, quæ alioqui Creditoribus invitis obrudi nequit. l. 41. §.

DE MODIS
 TOLLEN-
 DI OBLI-
 GATIO-
 NEM.

1. ff. de usur l. 9. C. de solut. iur. Culm. L. 4. T. 15. c. 1. Carpz. p. 2. C. 28.
D. 13. se exonerare possint. Magn. D. Stryk. de Caut. Contr. S. 4. c. 1. §. 5.
Reliqua omnia de solutione in jure Tradita, usui fori conformia
sunt, unde oblationem debiti nudam, nec effectum solutionis, nec
usurarum cursum sistere, sed ad id insuper requiri consignationem
& depositionem debitæ pecuniae in loco publico verius est. L. 19. C.
de usur. l. 28. §. 1. in fin. ff. de Admin. tut. iur. Culm. d. 1. de Praxi Polonica
& Saxonica idem docet Lipsk. C. 1. O. 34. n. 4. & 9. Add. Affel. D.
16. de Contr. tb. 22.

LXIII. Novationis divisionem in Voluntariam & necessariam,
in l. 29. l. 11. §. 1. ff. de Novat. junct. S. 3. f. Quib. m. t. obl. satis fundatam,
frustra negat Accursius ad l. ult. C. de usur. rei judic. Utriusq; in fo-
ro insignis conspicitur usus. Et quamvis Gail. 2. O. 30. n. 4. & Vinn.
ad S. 3. f. Q. m. t. obl. solas Conjecturas, si sint evidentes, ad indu-
cendam Voluntariam novationem sufficere doceant, Veriorem
tamen & de praxi & de Theoria per l. fin. C. de Novat. judico sen-
tentiam Brunnemanni, quæst. 9. ff. de Novat. Hahn. ad W. N. 6. eod.
Carpz: p. 2. r. 19. D. 14. quâ evidentes etiam conjecturæ removen-
tur, atq; expressa contrahentium verba, quibus obligationi priori
omnis denegatur vigor, præcisè exiguntur: In foro tamen Poloni-
co Gailii conjecturam receptā, testatur Lipsk. C. 1. O. 35. n. 5. seqq. Hoc
de praxi communi facile admitto, tam Novationem, quam Dele-
gationem solo expeditri pacto, abolita in foro stipulandi necessita-
te. Carpz. L. 5. Rep. 105. Gudel. de jur. Nov. L. 3. c. 12. Add. jus. Prut. L.
4. T. 21. A. 1. §. 13. jus. Culm. L. 4. T. 15. c. 3. Quod ipsum si obser-
vetur, ea pariter, quæ de transactione in foro dicuntur specialia, facile
intelliguntur, nam super re non litigiosa, super re judicata &c.
transactio facta, hodie valida pronunciatur, quia pactum de illis subsistit. l. 32. C.
de Transact. Magn. D. Stryk. de Caut. Contr. scđ. 3. c. 7. §. 4. modo de animo do-
nandi constet. Brun. quæst. 18. de Transact. Etiam nudo pacto transactionem ini-
tam ad actionem producendam sufficere, inde recte infertur. Laut. ad tit. ff. de
Transact. 9. Transactio. Idem Autor de delictis privatis, utcunq; illorum Cri-
minalis sit persecutio, facta transactionem, Cum alleg. Carpz. Vinn. & Gröenvv.
hodie approbat, modo authoritate Prætoris fiat. add. Magn. D. Stryk. d. 1. §. 11.
Carpz. autem in pr. Crim. quæst. 71. n. 31. etiam de adulterio licet hodiè transfigi
afferenti, calculum suum denegat Brun. ad l. 18. De Transact. Licet enim in favo-
rem matrimonii adulterium remitti, moribus sit receptum, non tamen eo ipso su-
per illo transfigere permisum esse dicto loco monet: *De Compensatione, Confu-
sione* aliisq; obligationem dissolvendi modis, cum nil ferme speciale in
foro obseretur, supervacaneum est hic hærere, quapropter litori
potius vicinus Anchoram figo.

SOLI DEO GLORIA.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741710242/phys_0041](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741710242/phys_0041)


DFG

derno usu condictionem indebiti locum habet
ad Wsel. d. N. 9. Carp. p. 2. C. 28. D. 20. Qui tam
Id restringere videtur, quando nulla obligatio
quo casu Condictionem hanc admittendam
jus Prut L. 4. T. 17. A. 1. §. 6. in fin. & Lipsk. præjudi-
firmant C. I. O. 30. n. 4. Add. Brun. quæst. 15. ff. De Co-
cod. Qvorū tn. æqvitatē, qvām prætendunt & in p-
dunt, poti⁹ apparentē qvā verā judico arg. l. 43. pr.

LXI. A Collusore id qvod ei in ludo solu-
indebitum jure Civili recte repetitur, si verò in-
solutum sit, nec datur exactio l. 1. & fin. C. de Aleat.
Contrat. tb. 24. Hodie solutum condici amplius
alter per fraudem vicerit, nec quis ad ludendum
stes deperditæ, aut magnum familiæ dispendium
Quæst. 4. ff. de Aleat. & ad l. 1. ff. eod. & ad l. ult. C.
p.m. 115. Hahn. ad Wsel. N. 4. eod. Schn. D. 7. ff. tb.
ro Saxonico testatur Carp. L. 6. Resp. 96. n. 10. J.
c. 3. Sitamen in ludo perditum nondum solutum
hodiè exactio denegatur, citius enim retentio
ditur; Cujus specialem exhibit decisionem C.
d. l. c. 2. jus Polon à Casimir. Mag. in Conv. Villi.
Herb. voc. ludus taxillorum. Dresn. L. 4. T. 14. Imo
istius, qui ludo perdidit, efficaciter stringi, pri-
Carpz. in pr. Crim. p. 3. quæst. 134. n. 26. Ad ludendi
niam mutuanti, modò collusor non extiterit,
actionem, asserunt Affel. D. 2. De Contr. tb. 2. 2.
Hahn. N. 4. De Aleat. Berlich. p. 1. d. 66. De jure Prut. le.

LXII. Modi tollendi obligationem in
pressi, qvotidiano confirmantur usū, nisi qvod
tio plane in desuetudinem abierit, postquam quod
bitum per acceptilationem, etiam nudo pacto
stipulationis necessitate, quamvis eam adhuc e
Prut. L. 4. T. 21. A. 1. §. 13. tolli posse, moribus inductu-
17. Magn. D. Stryk. de C. aut. Cont. S. 4. c. 3. §. 2. Etiam d-
ro obligationem tollendi modo, in Noviss. Rece-
1054. §. So viel nun die Capitalia, hoc speciale legi-
res, ad inopiam perniciose bello redacti, ab onere
particulari, quæ alioqui Creditoribus invitis obtri-

E



444

Hahn.
D 42;
currit,
quod
,con-
160 150 140 130 120 110 100 90 80 70 60 50 40 30 20 10 0 10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9
the scale towards document
A. 6. DE MODIS
ex- TOLLEN-
DI OBLI-
GATIO-
NEM.